7. Cūr Aetōlī rēgī subsidiō nōn vēnērunt?
8. Quōmodo Rōmānī mūrōs Hēraclēae trānscendērunt?
9. Cūr L. Cornēlius Scīpiō 'Asiāticus' nōminātus est?
10. Quis successor rēgis Philippī fuit?
11. Ubi et ā quō duce victus est Perseus?
12. Quō Perseus victus cōnfūgit?
13. Quōmodo victōria Aemiliī Paulī Rōmam nūntiāta est?
14. Quōmodo populus Rōmānus dīs grātiās ēgit?
15. Cūr Paulus lēgātōs ~~Rōmānōs~~ Perseī sine respōnsō dīmīsit?
16. Cūr Perseus Rōmānīs sē dēdidit?
17. Quōmodo Paulus Perseum victum recēpit?
18. Quid fēcit Paulus ante adventum decem lēgātōrum?
19. Quae mala fortūna fēlīcitātem Paulī turbāvit?
20. Quandō rēgnum Macedoniae māximum fuit?

Nōmen:..

CAPITVLVM LI

PENSVM A

Supplenda sunt verba composita:

ab- + agere > ________; ab- + ferre > ______; ab- + tulisse > ________; ad- + currere > ______; ad- + lātum > ______; ad- + pellere > ______; con- + cadere > ________; con- + loquī > _____; con- + pōnere > ________; con- + regere > ________; con- + orīrī > ______; dē- + scandere > ________; dē- + salīre > _______; dis- + fluere > ________; dis- + regere > ______; ex- + ferre > _______; ē- + iacere > ______; in- + ruere > ______; in- + premere > ________; in- + lātum > ______; ob- + pōnere > ________; ob- + caedere > _______; re- + statuere > _____; per- + facere > _________; prō- + gradī > _______; prō- + īre > ______; re- + agere > ________; re- + quaerere > ________; sub- + tenēre > ________; trāns- + dare > ______.

Supplenda sunt verba simplicia:

accipere < ad- + ______; contingere < con- + _______; ēdere < ē- + _____; prōicere < prō- + _____; colligere < con- + ______; inquīrere < in- + ________; inclūdere < in- + ______.

PENSVM B

Catō, quamquam aliās prōmptus erat ad __________, Scīpiōnem laudāvit. Multī ad Andriscum _________ [= conveniēbant], quī fābulam _______ 'sē esse Perseī fīlium ex ________ nātum.' Masinissa in summā __________ [= senectūte] mortuus est. Corinthus, urbs __________ [= dīvitissima], dīruta est ā L. Mummiō, virō ________ [x cupidō]. Mancīnus dignitātī populī Rōmānī _______ imposuit: pācem fēcit ____________ [= turpem], quam senātus ________ esse vetuit. Viriāthus, ex _________ [< vēnārī] dux factus, ā _________ interfectus est et ā mīlitibus suīs multum _________. Scīpiō exercitum ________ [= luxū] corruptum ad veterem disciplīnam restituit: multa _______ ē castrīs ēiēcit et mīlitēs ________ [VII] _____ portāre coēgit.

Ti. Gracchus, cum lēgem ________ [< ager] ______________ [= tulisset], ab __________ occīsus est ictus _________ subselliī. Scīpiō, dum ________ agrō dīvidendō creātīs _________ [= resistit], dēcessit, sed dē morte eius nūlla ____________ ācta est. C. Gracchus, quī ōrātor ___________ fuit quam frāter, lēgem ________________ [< frūmentum] tulit et complūrēs _________ dēdūxit. Post ____________ [< tribūnus] suum _________ [< sēditiō] is quoque occīsus est. Ti. et C. Gracchus plēbem in lībertātem _________ cōnātī sunt, sed nōbilitās, quae factiōne magis ________ [= valēbat], ________ [< agere] eōrum obviam iit.

Fontēs calidārum aquārum corporī _______ sunt. Servus quī dēliquit sub ______ verberātur. Quī modum nōn excēdit ________ est; quī paulō contentus est ________ esse dīcitur.

Synōnyma: indignatiō et _______; nimia cōpia et ________; terror et _______; licentia et ________; distāns et ________; peregrīnus et _________; patefacere et _________; passim spargere et ___________; praeferre et _________; passim spargere et ________; praeferre et ________; quīlibet et ________.

Contrāria: cōnsēnsus et __________; rudis et __________; salūber et ________; ratus et ________; īnsōns et ______; pūrgāre et _______.

ᵖENSVM C

1. Quid Gulussa Rōmam nūntiāvit?
2. Quid Catō in senātū suādēbat?
3. Quid fierī placuit antequam bellum indīcerētur?
4. Cūr Carthāginiēnsēs dēditiōne factā rebellāvērunt?
5. Quam fābulam finxit Andriscus?
6. Quibus Masinissa rēgnum suum relīquit?
7. Quamobrem Catō Scīpiōnem laudāvit?
8. Quis imperātor Carthāginem expugnāvit?
9. Num uxor Hasdrubalis Rōmānīs sē dēdidit?
10. Cūr Corinthus ā Rōmānīs dīruta est?
11. Quid L. Mummius in triumphō tulit?
12. Quis fuit Viriāthus?
13. Cūr senātus pācem quam Mancīnus cum Numantīnīs fēcerat ratam esse vetuit?
14. Cūr bellum Numantinum trahēbātur?
15. Quārē Scīpiō iūmenta vēnīre iussit?
16. Quid Scīpiō ēgit XIV annō post Carthāginem dēlētam?
17. Quās lēgēs Ti. Gracchus prōmulgāvit?
18. Num Ti. Gracchus iterum tribūnus creātus est?
19. Quandō Scīpiō mortuus inventus est?
20. Quamobrem suspecta fuit uxor eius?
21. Ā quō C. Gracchus occīsus est?

Nōmen:..

CAPITVLVM LII

PENSVM A

Supplenda sunt verba facta ex hīs nōminibus:

(1) numerus > __________; laus > ________; cūra > _______; verbera > __________; mīles > ______; arma > ________; nūntius > _______; dōnum > _______; labor > ________; vulnus > ________; nex > ________; rēgnum > _______; locus > ________; onus > ________; līber > ________; probus > _______; nūdus > ______; fīrmus > _______; aequus > _______; novus > re_______; prāvus > dē________. bellum > _______; socius > _______; honōs > _______, nota > _______; sacer > _______.

(2) comes > ________; minae > ______; glōria > _______; dominus > _______; mora > ______; testis > _______; praeda > ________; merx > _______; crīmen > ________; mīrus > ______; miser > ________; indignus > _________; vagus > _______;

(3) servus > _______; sitis > ______; vestis > ________; cūstōs > ________; lēnis > ______; rudis > ē________.

(4) sors > _______; mēns > _________; blandus > _______.

PENSVM B

Micipsa, __________ [= etsī] nātūram Iugurthae ____________ [= violentam] et _________ [= cupidam] imperiī timēbat, tamen eum __________ et hērēdem fēcit. Rēx moriēns Iugurtham ________ est ut amīcōs dīvitiīs ___________ [= praeferret] et frātrēs eius monuit ut Iugurtham colerent atque __________. Micipsā mortuō, _________ [= rēgis fīliī] tempus ad __________ pecūniae cōnstituērunt; ibi mīlitēs Iugurthae Hiempsalem locō _________ [= occultō] latentem occīdērunt. Fāma tantī sceleris per Āfricam brevī __________ est. Adherbal, cum rēgnum suum armīs _______ nōn posset, Rōmam contendit et senātum ōrāvit ut sibi __________. Iugurtha vērō __________ [< largīrī] effēcit ut senātōrēs virtūtem eius laudibus ______________, scelus et __________ [= turpe factum] omitterent. Ergō potentiā _____ [= cōnfīdēns] ex __________ fīnēs Adherbalis invāsit. Is victus Cirtam profūgit, quae virtūte Italicōrum ________________ [= dēfendēbātur]; dēditiōne factā, Adherbal ________ [= statim] necātus est cum Numidīs et ____________ [= mercātōribus] Rōmānīs.

Calpurnius, rēgis pecūniā __________ [= corruptus], pācem ___________ [= ignōminiōsam] cum Iugurthā fēcit. Cum rēx Rōmam _________ [= arcessītus] esset, ut dēlicta Scaurī aliōrumque patefaceret, _________ [= amīcō] suō Bomilcarī imperāvit ut __________ parāret quī Massīvam necārent; ūnus vērō dēprehēnsus __________ profitētur et Bomilcar _________ fit. Iugurtha Rōmā ēgressus "Ō, urbem ________" inquit "et ________ peritūram sī _________ invēnerit!"

____________ est aetās inter pueritiam et iuventūtem. Victor ab hostibus victīs __________ solet ut obsidēs dentur. Quī _______ [= sonum] magnum ac molestum facit, _________ dīcitur. Quī multa incipit, rārō __________ suum _______ [= perficere] _______ [= potest]. Nihil meā _______ quid aliī dē mē loquantur!

Synōnyma: V annī et ______________; casa et _________; inopia et ________; vetus vulnus et ________; ars et __________; asperitās et ____________; explōrātor et _______________; pulcher et _______; modicus et __________; fessus et __________; equō vehī et __________; explōrāre et _________; adnītī et _______; cūnctārī et ______; magnā cum cūrā et _________; celerrimē et ___________; nimis et _______.

Contrāria: stultitia et _________; fortitūdō et ______; validus et __________; convalēscere et __________.

PENSVM C

1. Quōs fīliōs Micipsa genuit?
2. Cūr Micipsa Iugurtham adoptāvit?
3. Quibus artibus Iugurtha adulēscēns sē exercēbat?
4. Quārē Micipsa Iugurtham in Hispāniam mīsit?
5. Quālem Iugurtha sē praebuit bellō Numantīnō?
6. Quid Micipsa moribundus fīliōs suōs monuit?
7. Patre mortuō, dē quibus rēbus rēgulī disseruērunt?
8. Quōmodo Hiempsal interfectus est?
9. Quid fēcit Adherbal post necem frātris?
10. Quōmodo Iugurtha in grātiam nōbilitātis vēnit?
11. Quid senātus dēcrēvit cum lēgātōs audīvisset?
12. Dīvīsō rēgnō Numidiae, quid factum est?
13. Quid fēcit Adherbal Cirtae inclūsus?
14. Num Iugurtha Cirtam armīs expugnāvit?
15. Quārē Iugurtha Rōmam arcessītus est?
16. Cūr rēx in cōntiōne interrogātus nōn respondit?
17. Quis fuit Massīva et quid eī accidit?
18. Cūr Iugurtha Rōmam 'urbem vēnālem' appellāvit?
19. Quālis imperātor fuit Q. Caecilius Metellus?
20. Cūr Rōmānī nōbilēs C. Marium contemnēbant?
21. Quōs novōs mīlitēs Marius cōnscrīpsit?
22. Quī rēx Iugurtham adiuvābat?
23. Num Bocchus socius fīdus fuit?
24. Quōmodo Iugurtha in potestātem Mariī vēnit?
25. Utrī Sallustius favēre tibi vidētur, nōbilitātī an plēbī?

Nōmen:..

CAPITVLVM LIII

PENSVM A

Supplenda sunt nōmina adiectīva:

(1) fōrma > ________; pecūnia > ________; perīculum > ____________; glōria > _________; ōtium > ________; iocus > ________; studium > _______; perniciēs > __________; flāgitium > __________; numerus > _________;

(2) mors > ________; rēx > ________; hospes > _________; nātūra > __________; triumphus > ____________; Vesta > _________;

(3) cōnsul > _________; salūs > _________; vulgus > ________; singulī > ________;

(4) legiō > _________; frūmentum > ___________; necesse > ___________;

(5) puer > __________; servus > ___________; cīvis > _________; vir > __________; iuvenis > ___________;

(6) nauta > __________; modus > __________; ūnus > ________; poēta > _________; pīrāta > ________; Italia > ________;

(7) pater > ________; mercātor > __________; gladiātor > ___________; rēx > _______; uxor > _______; praetor > _________; noxa > ________; Mārs > _______;

(8) ferrum > _______; argentum > __________; aes > _______; lignum > ________; marmor > _________; purpur > _________; lapis > __________; nix > ______;

(9) gemma > ________; arma > ______; aurum > ______; ferrum > _______; āla > ______; aes > ________; rōstra > __________; venēnum > ___________; scelus > _________; foedus > _________; fortūna > __________;

(10) urbs > ________; Trōia > _________; Tūsculum > ____________; Alba > ________;

(11) vīcus > ________; repēns > _________; Tiberis > _________; Latium > ________;

(12) circus > __________; Cannae > _________; Carthāgō > _________.

PENSVM B

Annō ________________ ūndēquīnquāgēsimō [DCXLIX] a. u. c. Rōmānī ingentī ____________ [= strāge] victī sunt ā Cimbrīs et Teutonibus, quōrum cōpia _________ [= sine fīne] erat. Bellum gestum cum sociīs, quī lībertātem sibi __________ volēbant, bellum _________ dīcitur. Marius Rōmam ingressus multōs ____________ et domum Sullae _________. Spartacus _________ [< numerus] exercitum ___________ [= collēgit] ac variō _________ cum Rōmānīs pugnāvit.

Cicerō adulēscēns ōrātōrēs ____________ [= ēloquentēs] audiēbat neque ūllus diēs ab ____________________ ōrātōriīs vacuus erat. Cum multārum causārum ________ fuisset, Rōmā profectus est ut ōrātiōnī _________ [= ārdentī] __________. Rhodī sē ad Molōnem _________ [= magistrum dīcendī] ________. ________ [= II annīs] post revertit ōrātor mūtātus: nōn ācer et _________ [= redundāns], sed remissus et ______ [= placidus]. Duo ōrātōrēs tum _________, Cotta et Hortēnsius. Post ___________ Siciliensem _____________ [= ars ōrātōria] Cicerōnis ________ esse vidēbātur. In *Brūtō* Cicerō nārrat dē ___________ suā iuvenīlī: sermōnī eius

__________ est ut industriam et ________________ [< assiduus] eius __________ [= plānē videāmus].

Synōnyma: cōgitātiō et __________; laus et __________; licentia et ___________; fōrma et _________; dīves et _________; iuvenālis et ___________; accūrātus et ___________; morārī et __________; exercēre et _________; ēlūcubrāre et nocte __________; praecipuē et _________.

Contrāria: vigor et __________ (corporis); remissiō et _________;

PENSVM C

1. Quid ēgit Marius post bellum Iugurthīnum?
2. Unde Cimbrī et Teutonēs vēnērunt?
3. Quī imperātōrēs dē Cimbrīs triumphāvērunt?
4. Quamdiū bellum sociāle prōtractum est?
5. Quis bellō sociālī fīnem imposuit?
6. Quid Mithridātēs Ephesī imperāvit?
7. Cūr Sulla pācem cum Mithridāte fēcit?
8. Quid Sullā absente factum est Rōmae?
9. Ubi Sulla Mariānōs vīcit?
10. Quae nova bella exārsērunt cum Sulla rem pūblicam composuisset?
11. Quid Nīcomēde mortuō factum est in Asiā?
12. Unde ortum est bellum servīle?
13. Quās cīvitātēs Lūcullus expugnāvit?
14. Ad quem Mithridātēs victus cōnfūgit?
15. Cūr Mithridātēs bellum renovāvit?
16. Num Lūcullus cum Mithridāte dēbellāvit?
17. Quōmodo Metellus cognōmen 'Crēticī' adeptus est?
18. Cui bellum pīrāticum mandātum est?
19. Quis lēgem Mānīliam suāsit?
20. Quandō nātus est M. Tullius Cicerō?
21. Quibus magistrīs Cicerō adulēscēns operam dabat?
22. Quandō Cicerō causās agere coepit?
23. Quārē in Graeciam et Asiam profectus est?
24. Ubi Cicerō quaestūram gessit?

Nōmen:...

CAPITVLVM LIV

PENSVM A

Supplenda sunt nōmina ē verbīs facta:

(1) nāvigāre > ________; oppugnāre > _________; mūnīre > ________; dīvidere > ________; exspectāre > __________; cōgitāre > _________; admīrārī > _________; largīrī > ________; meditārī > __________; dēdere > __________; cōnfitērī > _________; excurrere > _________; colligere > _________; cognōscere > ________;

(2) exīre > _______; dūcere > _________; cadere > _______; rīdēre > _______; cōnspicere > _______; gemere > _________; lūgēre > _________; flēre > _______; ūtī > ______; discēdere > ________; parere > _______; vāgīre > ________; apparāre > _________; trānsīre > ______; adīre > ________; redīre > _________; plaudere > _________; sentīre > __________; convenīre > ________;

(3) imperāre > __________; aedificāre > ____________; studēre > ____________; incendere > __________; sacrificāre > ___________; colloquī > ___________; indicāre > ___________; dēsīderāre > __________;

(4) firmāre > _____________; supplēre > ______________; vestīre > _____________; mūnīre > ____________; impedīre > _____________; arguere > _____________; (-ē- > -u-) monēre > ___________; docēre > ___________;

(5) dolēre > ________; pudēre > _________; terrēre > _______; horrēre > ________; ārdēre > _________; pavēre > _______; vigēre > _______; favēre > ________; clāmāre > _________; maerēre > ________; splendēre > __________; furere > ________; calēre > ________; decēre > _______; errāre > _______; .

(6) līberāre > ________ [= quī līberat]; gubernāre > _________; imperāre > __________; condere > _______; ulcīscī > ________; cēnsēre > ________; explōrāre > _____________; adhortārī > ___________; docēre > _______; servāre > _________; prōdere > ________; emere > ______; succēdere > _________; regere > _______; largīrī > _________; favēre > ______;

(7) mīrārī > __________; memorāre > ________________; terrēre > __________; crēdere > in ___________; sānāre > īn_________; numerāre > in__________;

(8) frīgēre > _________; calēre > _________; valēre > _______; pallēre > ________; turbāre > ________; cupere > __________; rapere > _________; splendēre > _____________; pavēre > ________; tumēre > ________; avēre > ________;

(9) capere > _________; vocāre > ___________; dare > _________; agere > ________; patī > ________.

PENSVM B

Cicerō Lūcullō magnam laudem __________ [= tribuit]. Is oppida in quibus erant ___________ [= domūs] rēgis et aliās urbēs _________ [= plūrimās] cēpit. Ut Mēdēa in fugā membra frātris _______ [= dispersisse] dīcitur, sīc Mithridātēs fugiēns dīvitiās quās in suum rēgnum _________ [= contulerat] relīquit, quārum _____________ [< colligere] Rōmānōs ___________. Tigrānēs _____________ permōtus rēgem ___________ [= perculsum] ērēxit et perditum ____________ [= cōnfirmāvit].

Mercātōrēs quī in Asiā ____________ magnōs ________ faciunt. Asia enim prōvincia tam _________ [= opulenta] est ut __________ agrōrum et varietāte __________ [= frūgum] aliīs prōvinciīs __________. Multae mercēs ex Asiā ____________. Equitēs Rōmānī quī vectīgālia exercent _________ appellantur. Hieme mare nōn est __________ ad nāvigandum. _________ reī mīlitāris imperātōrī necessāria est. Nēmō tam ________ est ut locum _________ [= sacrum] polluat.

Synōnyma: lābēs et ________; clēmentia et __________; sententia et ________; querēlla et _________; īnsōns et _________; horribilis et ________; prōvocāre et _________; arbitrārī et ________; sānāre et ________; reminīscī et ___________; obsequī et ____________; valdē cupere et ___________; īrātus fierī et ________; vetus fierī et ________.

Contrāria: quaestus et ________; commodum et _________; solitus et _________; grātus et ________; forte et ________.

PENSVM C

1. Quae rēs agēbantur in bellō Mithridāticō?
2. Dē quā rē Cicerō prīmum dīcit?
3. Quamobrem Mithridātēs poenam merēbat?
4. Quī imperātōrēs dē Mithridāte iam triumphāverant?
5. Quibus Rōmānī propter sociōs bellum intulērunt?
6. Cūr vectīgālia Asiae māiōra sunt quam cēterārum prōvinciārum?
7. Quī vectīgālia exercent in prōvinciīs Rōmānis?
8. Quid ēgit Lūcullus initiō bellī Mithridāticī?
9. Quās rēs Cicerō silentiō praeterit?
10. Cūr haud difficile est imperātōrem dēligere?
11. Quās rēs in summō imperātōre inesse oportet?
12. Quōmodo Pompēius scientiam reī mīlitāris adeptus erat?
13. Quibus bellīs Pompēius interfuerat?
14. Quid imperātōrēs in prōvinciīs facere cōnsuēvērunt?
15. Cūr Cicerō timidē et pauca dīcit dē fēlicitāte?

Nōmen:..

CAPITVLVM LV

PENSVM A

Supplenda sunt nōmina fēminīna facta ex adiectīvīs:

(1) miser > ________; īnsānus > ________; superbus > ________; perfidus > ________; audāx > ________; patiēns > ________; potēns > ________; cōnstāns > ________; dīligēns > ________; concors > ________; [*plūrālia:*] reliquus > ________; dīves > ________; angustus > ________;

(2) trīstis > ________; amīcus > ________; stultus > ________; maestus > ________; saevus > ________; iūstus > ________; avārus > ________; pudīcus > ________; malus > ________;

(3) foedus > ________; dignus > ________; hūmānus > ________; fēlīx > ________; novus > ________; paucī > ________; crūdēlis > ________; gravis > ________; celeber > ________; ūtilis > ________; [-tās] līber > ________;

(4) longus > ________; altus > ________; pulcher > ________; multī > ________; fortis > ________; sōlus > ________; clārus > ________; amplus > ________; fīrmus > ________ [= fīrmitās].

PENSVM B

Tūberō, cum ________ Latīnīs Scīpiōnem ōtiōsum ________ esset, dē rēbus caelestibus cum eō ________ coepit. Laelius, quī tālēs ________ nihil ad vītam hūmānam ________ putābat, 'māiōra ________ [= quaerenda] esse' dīxit.

In rēgnō, ________ iūstō, populus ________ lībertātis nōn est. Saepe ________ [= exoritur] ex rēge tyrannus, quī ________ [= ferōcitāte] taeterrimās ________ [= ferās] superat, nec enim eī cum hominibus ūlla iūris ________ [< commūnis] est. Cīvitās ________ est in quā populus dominātur. Oppidum est ________ tēctōrum dēlūbrīs et forīs ________.

Rōmulus Sabīnōs in cīvitātem ________ et sacra eōrum cum Rōmānīs ________; cūriās nōminibus Sabīnārum ________ [= nōmināvit]. Sōle ________ Rōmulus nōn ________ [= appāruit]. Post eius ________ [= mortem] populus novum rēgem ________ nōn dēstitit. Rōmulus deō Mārte ________ [= genitus] erat.

Quī iam adolēvit ________ esse dīcitur. Quī oppidum oppugnat mūrōs arietibus ________ cōnātur. Hieme sōl nōn tam ________ occidit quam aestāte: aestāte sōl ________ occidit quam hieme. Vītam ________ [= aeternam] nēmō mortālis ________ [= adipīscī] potest.

Synōnyma: globus et ________; cūnae et ________; rītus et ________; fīrmus et ________; pēior et ________; pessimus et ________; explōrāre et ________; probāre et ________; sustinēre et ________; polluere et ________; pūnīre et ________; paulisper et ________.

Contrāria: opācus et ________; permultī et ________; cōnsentīre et ________; illūstrāre et ________; mātūrē et ________; prīdiē et ________.

PENSVM C

1. Quandō amīcī ad Scīpiōnem convēnērunt?
2. Eratne Scīpiō occupātus eō diē?
3. Quod prōdigium in caelō vīsum erat?

4. Dē quibus rēbus fuit prīma disputātiō?
5. Quōmodo Archimēdēs mōtūs astrōrum dēclārāvit?
6. Cūr Laelius dē rēbus caelestibus disputāre nōluit?
7. Quid tum Laelius Scīpiōnem rogāvit?
8. Quae sunt tria rērum pūblicārum genera?
9. Quod genus Scīpiō optimum esse putābat?
10. Unde incipit Scīpiō dē rē pūblicā Rōmānā disputāns?
11. Quibus rēbus Rōmulus rem pūblicam firmāvit?
12. Quōmodo Numa populum ferōcem mītigāvit?
13. Cuius rēgis vitiō rēs pūblica Rōmāna ā bonā in dēterrimam conversa est?
14. Quem Cicerō tyrannō immānī oppōnit?

Nōmen:..

CAPITVLVM LVI

PENSVM A

(1) *Supplenda sunt verba incohātīva:*

patēre > ________; stupēre > ob__________; lūcēre > il_________; ārdēre > ex_________;
valēre > con________; pavēre > ex________; timēre > per________; horrēre > co________;
rigēre > ob_________; tremere > con__________; gemere > in_______; fervere > dē________;
[-a- > -i-] tacēre > con________.

(2) *Hī versūs dīvidendī sunt in syllabās brevēs et longās notīs appositīs:*

sīve per Syrtēs ite r aestuōsās

xxxxxxxxxxxxxxx

sīve factūrus per inhospitālem

Caucasum vel quae loca fābulōsus lambit Hydaspēs.

PENSVM B

_______ [= terra], quae in mediō mundī locō _________ manet, VIII sphaerīs cingitur. In sphaerā summā stēllae ________ sunt; eī ________ sunt VII, quārum īnfima est lūnae. Īnfrā lūnam nihil est nisi mortāle et ________. Sphaerārum incitissimā __________ magnus sonitus efficitur, sed aurēs hūmānae tam __________ sunt ut eum audīre nequeant. Item aurēs eōrum quī Catadūpa ________ propter magnitūdinem sonitūs ___________.

Terra quīnque ___________ redimīta esse vidētur, quōrum duo extrēmī nive et ________ obrigēscunt, medius sōlis _______ ārdentibus torrētur. Duo sunt _________, alter septentriōnālis, alter _________, cuius incolae Rōmānīs adversī aut _________ stant.

Quī rem horribilem videt __________. _______ est amor deōrum, patriae, parentum. Annus aetātis LVI Scīpiōnī _________ fuit. Dī immortālēs ________ sempiternō fruuntur. Ponte ruptō Horātius Tiberim __________. ________ [8x] septēna sunt LVI. __________[.] est nota minima. Necesse est membrum aegrum cultrō ______________. Sagitta ē_________ prōmitur.

Synōnyma: splendor et ________; celsissimus et _________; ruber et _________; siccus et _________ et _______; solvere et ________; movēre et ______; celerius et ______; quamdiū et _________; īnfrā et ________; ex aliō locō et _______.

Contrāria: ultimus et ________; austrālis et ____________; hībernus et _______.

PENSVM C

1. Quōmodo Masinissa Scīpiōnem Aemiliānum accēpit?
2. Dē quibus rēbus Masinissa et Scīpiō collocūtī sunt?
3. Quem Scīpiō eā nocte in somnīs vīdit?
4. Ubi Scīpiō Āfricānus māior appāruit?
5. Quid nepōtī suō praedīxit?
6. Quid eī nārrāvit dē patriae cōnservātōribus?
7. Quid Scīpiō ab avō suō quaesīvit?

8. Quem vīdit Scīpiō praeter avum suum?
9. Quid Aemilius Paulus filium suum monuit?
10. Ex orbe lacteō quanta vidēbātur terra?
11. Quot sphaerae terram cingunt?
12. Quōmodo efficitur cantus sphaerārum?
13. Cūr sphaera caelestis sonum acūtum efficit?
14. Cūr hominēs cantum sphaerārum nōn audiunt?
15. Quārē hominēs in terrīs glōriam aeternam assequī nōn possunt?

Answer Key

Pars I: Familia Romana

LINGVA LATINA PER SE ILLVSTRATA
PARS I: FAMILIA ROMANA

CAPITVLVM I

PENSVM A

Nīlus fluvius est. Nīlus et Rhēnus fluviī sunt. Crēta īnsula est. Crēta et Rhodus īnsulae sunt. Brundisium oppidum est. Brundisium et Tūsculum oppida sunt.

Rhēnus fluvius magnus est. Tiberis est fluvius parvus. Rhēnus et Dānuvius nōn fluviī parvī, sed fluviī magnī sunt. Sardinia īnsula magna est. Melita īnsula parva est. Sardinia et Sicilia nōn īnsulae parvae, sed īnsulae magnae sunt. Brundisium nōn oppidum parvum, sed oppidum magnum est. Tūsculum et Delphī nōn oppida magna, sed oppida parva sunt.

Crēta īnsula Graeca est. Lesbos et Chios et Naxus sunt īnsulae Graecae. In Graeciā multae īnsulae sunt. In Galliā sunt multī fluviī. In Italiā multa oppida sunt. In Arabiā sunt paucī fluviī et pauca oppida.

A et B litterae Latīnae sunt. C quoque littera Latīna est. *Multī* et *paucī* vocābula Latīna sunt. *Ubi* quoque vocābulum Latīnum est. I et II numerī Rōmānī sunt. III quoque numerus Rōmānus est.

PENSVM B

Sicilia *īnsula* est. Italia īnsula *nōn* est. Rhēnus *fluvius* est. Brundisium *oppidum* est. Sicilia et Sardinia *īnsulae* magnae sunt. Melita īnsula *parva* est. Britannia nōn *īnsula* parva, sed *īnsula magna* est. Brundisium nōn *oppidum parvum*, sed *oppidum* magnum est. Est*ne* Brundisium in Graeciā? Brundisium *nōn* est in Graeciā, *sed* in Italiā. *Ubi* est Sparta? Sparta est in Graeciā. Sparta oppidum *Graecum* est. Delphī *quoque* oppidum Graecum est. Euboea, Naxus, Lesbos, Chios *īnsulae* Graecae sunt. In Graeciā sunt *multae* īnsulae.

Quid est III? III *numerus* est. *Quid* est A? A littera est. A, B, C *litterae* Latīnae sunt. *Num* Γ littera Latīna est? Γ *nōn* littera *Latīna*, sed littera *Graeca* est. *Īnsula* *vocābulum* Latīnum est.

PENSVM C

1. Ubi est Rōma? *Rōma in Italiā est*
2. Estne Sparta in Italiā? *Sparta in Italiā nōn est.*
3. Ubi est Italia? *Italia est in Eurōpā.*
4. Ubi sunt Syria et Arabia? *Syria et Arabia in Asiā sunt.*
5. Estne Aegyptus in Asiā? *Aegyptus in Asiā nōn est.*
6. Ubi sunt Sparta et Delphī? *In Graeciā sunt.*
7. Ubi est Brundisium? *Brundisium est in Italiā.*
8. Quid est Brundisium? *Brundisium oppidum est.*
9. Num Crēta oppidum est? *Crēta oppidum nōn est.*
10. Estne Britannia īnsula parva? *Britannia nōn īnsula parva, sed īnsula magna est.*
11. Quid est Tiberis? *Tiberis fluvius est.*
12. Quid est D? *D littera Latīna est.*
13. Num Δ littera Latīna est? *Δ nōn est littera Latīna, sed littera Graeca.*
14. Estne II magnus numerus? *II nōn magnus numerus, sed parvus numerus est.*

CAPITVLVM II

PENSVM A

Mārcus fīlius Iūliī est. Iūlia fīlia Iūliī est. Iūlius est vir Rōmānus. Aemilia fēmina Rōmāna est. Iūlius dominus, Aemilia domina est. Mēdus servus Graecus est, Dēlia est ancilla Graeca. Sparta oppidum Graecum est.

Iūlius pater Mārcī est. Mārcus est fīlius Iūliī et Aemiliae. Mēdus servus Iūliī est: Iūlius est dominus servī. Iūlius dominus Mēdī et Dāvī est: Iūlius dominus servōrum est. Numerus servōrum magnus est. Dēlia est ancilla Aemiliae: Aemilia domina ancillae est. Aemilia domina Dēliae et Syrae est: Aemilia domina ancillārum est. In familiā Iūliī est magnus numerus servōrum et ancillārum. Aemilia māter Mārcī et Quīntī et Iūliae est. Mārcus, Quīntus Iūliaque sunt līberī Iūliī et Aemiliae. Numerus līberōrum est trēs. Numerus servōrum est centum.

In pāginā prīmā capitulī secundī multa vocābula nova sunt. Numerus capitulōrum nōn parvus est.

PENSVM B

Mārcus *puer* Rōmānus est. Iūlius *vir* Rōmānus est. Aemilia est *fēmina* Rōmāna. Iūlius est *pater* Mārcī et Quīntī et Iūliae. In *familiā* Iūliī sunt trēs *līberī*: duo *fīliī* et ūna *fīlia*. *Māter* līberōrum est Aemilia.

Quis est Dāvus? Dāvus est *servus* Iūliī. Iūlius *dominus* Dāvī est. *Quae* est Syra? Syra *ancilla* Aemiliae est. Aemilia est *domina* Syrae.

Cornēlius: "*Quot* servī sunt in familiā tuā?" Iūlius: "In familiā *meā* sunt *centum* [C] servī." Cornēlius: "Familia *tua* magna est!"

'LINGVA LATINA' est titulus *librī* tuī Latīnī.

PENSVM C

1. Quis est Quīntus? *Quīntus est fīlius Iūliī.*
2. Quī sunt Mēdus et Dāvus? *Mēdus est Dāvus servī Iūliī sunt.*
3. Mārcusne quoque servus Iūliī est? *Mārcus nōn servus, sed fīlius Iūliī est.*
4. Cuius fīlia est Iūlia? *Iūlia est fīlia Iūliī.*
5. Quot līberī sunt in familiā Iūliī? *In familiā Iūliī trēs līberī sunt.*
6. Quot servī in familiā sunt? *Centum servī sunt in familiā.*
7. Num Syra domina est? *Syra domina nōn est, sed ancilla.*
8. Quae est domina ancillārum? *Domina ancillārum est Aemilia.*
9. Estne Cornēlius vir Graecus? *Cornēlius vir Graecus nōn est.*
10. Num *puella* vocābulum masculīnum est? Puella *vocābulum fēminīnum est, nōn masculīnum.*

CAPITVLVM III

PENSVM A

Cūr Mārcus Iūliam pulsat? Mārcus Iūliam pulsat, quia Iūlia cantat. Iūlia plōrat, quia Mārcus eam pulsat. Iūlia: "Mamma! Mārcus mē pulsat." Aemilia puellam audit et venit. Māter Quīntum videt et eum interrogat: "Quis mē vocat?" Quīntus respondet: "Iūlia tē vocat."

Iūlius dormit. Quīntus Iūlium vocat: "Pater!" Mārcus rīdet, quia Iūlius nōn venit. Aemilia Mārcum verberat. Iūlius venit, quia Mārcus plōrat. Iūlius Aemiliam et Mārcum et Quīntum et Iūliam videt. Iūlius: "Puer quī parvam puellam pulsat improbus est." Iūlius puerum improbum verberat. Quem Iūlius verberat? Puer quem Iūlius verberat est Mārcus. Mārcus plōrat. Puer quī plōrat laetus nōn est. Puella quae cantat laeta est.

PENSVM B

Puella *cantat*: "Lalla." Puella *quae* cantat est Iūlia. Iūlia *laeta* est. Puer improbus puellam *pulsat*. Puella *plōrat*: "Uhuhū!" Puer *rīdet*: "Hahahae!" Puer *quī* rīdet est Mārcus. Iūlia Aemiliam *vocat*: "Mamma!" Aemilia *venit*, et Quīntum *interrogat*: "Cūr Iūlia plōrat?" Quīntus *respondet*: "Iūlia plōrat, *quia* Mārcus eam pulsat." Aemilia: "Mārcus puer *probus* nōn est, puer *improbus* est! Ubi est pater?" Aemilia Iūlium nōn *videt*. Quīntus: "Pater nōn *hīc* est." Quīntus Iūlium *vocat*: "Pater!" Iūlius Quīntum nōn *audit*. *Cūr* Iūlius Quīntum nōn audit? Iūlius eum nōn audit, quia *dormit*. Mārcus plōrat, *quia* Aemilia eum verberat. Iūlius Mārcum audit; *iam* Iūlius nōn dormit. *Quem* Aemilia verberat? Aemilia Mārcum *verberat*. Puer *quem* Aemilia verberat improbus est. Iūlia laeta nōn est *neque* rīdet.

PENSVM C

1. Quis Iūliam pulsat? *Mārcus Iūliam pulsat.*
2. Cūr Iūlia plōrat? *Iūlia plōrat quia Mārcus eam pulsat.*
3. Quīntusne quoque Iūliam pulsat? *Quīntus nōn Iūliam pulsat*
4. Quem Quīntus pulsat? *Quīntus Mārcum pulsat.*
5. Cūr Aemilia venit? *Aemilia venit quia Iūlia eam vocat.*
6. Quis Iūlium vocat? *Quīntus Iūlium vocat.*
7. Cūr Iūlius Quīntum nōn audit? *Iūlius eum nōn audit, quia dormit.*
8. Quem audit Iūlius? *Iūlius Mārcum audit.*
9. Cūr Mārcus plōrat? *Mārcus plōrat, quia Aemilia eum verberat.*
10. Rīdetne Iūlia? *Nōn rīdet.*
11. Num *Mārcus* accūsātīvus est? Mārcus *nōn accusātīvus, sed nōminātīvus est.*
12. Num *Iūliam* nōminātīvus est? Iūliam *nōn nōminātīvus, sed accūsātīvus est.*
13. Quid est *dormit?* Dormit *est verbum.*

CAPITVLVM IV

PENSVM A

Mēdus adest. Dāvus abest. Iūlius imperat: "Vocā Dāvum, Mēde!" Mēdus Dāvum vocat: "Dāve! Venī!" Dāvus venit neque Iūlium videt. Mēdus: "Salūtā dominum!" Dāvus dominum salūtat: "Salvē, domine! Quid est?" Dominus: "Tacē, serve! Nummī meī ubi sunt?" Servus tacet neque respondet. Iūlius: "Respondē!" Dāvus: "Interrogā Mēdum!" Iūlius Mēdum interrogat: "Ubi est pecūnia mea, Mēde?" Mēdus: "Dāvus pecūniam tuam habet." Iūlius: "Pōne sacculum tuum in mēnsā, Dāve!" Dāvus pāret: sacculum suum in mēnsā pōnit. Dāvus: "Vidē, domine: sacculus meus vacuus est." Iūlius: "Sūme sacculum tuum et discēde, bone serve!" Dāvus sacculum suum sūmit et discēdit.

PENSVM B

In sacculō Iūliī *pecūnia* est. Iūlius pecūniam suam *numerat*: "Ūnus, duo, trēs, *quattuor*, *quīnque*, sex, *septem*, *octō*, *novem*, *decem*." In *sacculō* nōn centum, sed *tantum* decem nummī sunt.

Dāvus dominum *salūtat*: "Salvē, domine!" Iūlius *imperat*: "Pōne sacculum tuum in *mēnsā*!" Dāvus sacculum *suum* in mēnsā *pōnit*. Sacculus Dāvī *vacuus* est, in sacculō *eius* [: Dāvī] *nūlla* pecūnia est. Dāvus sacculum suum *sūmit* et discēdit.

Iūlius: "Mēde! Venī!" Mēdus nōn venit, quia *is* [: Mēdus] pecūniam Iūliī *habet*. Iūlius baculum, *quod* in mēnsā est, sūmit et *discēdit*.

Dominus imperat, bonus servus *pāret*.

PENSVM C

1. Quot nummī sunt in sacculō Iūliī? *In sacculō eius sunt decem nummī.*
2. Adestne Dāvus in scaenā prīmā? *In scaenā prīmā Dāvus nōn adest, sed abest.*
3. Quis Dāvum vocat? *Mēdus Dāvum vocat.*
4. Suntne nummī Iūliī in sacculō Dāvī? *Nummī Iūliī nōn sunt in sacculō Dāvī.*
5. Quid Iūlius pōnit in sacculō Dāvī? *Iūlius ūnum nummum in sacculō Dāvī pōnit.*
6. Quot nummī iam in sacculō Iūliī sunt? *Iam novem nummī sunt in sacculō Iūliī.*
7. Estne vacuus sacculus Mēdī? *Nōn est, in sacculō Mēdī sunt nummī Iūliī.*
8. Cūr Mēdus discēdit? *Mēdus discēdit, quia is pecūniam Iūliī in sacculō suō habet.*
9. Quem Iūlius vocat? *Iūlius Mēdum vocat.*
10. Cūr Mēdus Iūlium nōn audit? *Mēdus eum nōn audit, quia abest.*

CAPITVLVM V

PENSVM A

Iūlius et Aemilia in vīllā habitant cum līberīs et servīs. Dominus multōs servōs et multās ancillās habet.

Aemilia in peristȳlō est cum Mārcō et Quīntō et Iūliā. Iūlia multās rosās in hortō videt et ab Aemiliā discēdit. Iam Aemilia puellam nōn videt, neque puerī eam vident. Aemilia: "Mārce et Quīnte! Vocāte Iūliam!" Puerī Iūliam vocant: "Iūlia! Venī!" et Iūlia puerōs vocat: "Mārce et Quīnte! Venīte!" Iūlia puerōs nōn audit, sed puerī Iūliam audiunt. Iūlia: "Cūr puerī nōn veniunt?" Iūlia ex hortō venit cum V rosīs pulchrīs. Iūlia: "Vidē rosās meās, māter! Vidēte, puerī!" Mārcus: "Rosae pulchrae sunt, puella sine rosīs pulchra nōn est!" Iūlia cum ūnā rosā discēdit. Puerī rīdent. Aemilia: "Tacēte, puerī! Sūmite rosās et discēdite!" Puerī rosās sūmunt et discēdunt; in ātriō aquam sūmunt ex impluviō et rosās in aquā pōnunt.

PENSVM B

Iūlius in magnā *vīllā habitat*. Aemilia cum *eō* [: Iūliō] habitat. Iūlius Aemiliam *amat*, quia *ea* [: Aemilia] bona et *pulchra* fēmina est.

Aemilia in peristȳlō est *cum* līberīs suīs, sed *sine* virō suō. Iūlia *ab* Aemiliā discēdit; iam puella in *hortō* est. Iūlia rosās *carpit* et *ex* hortō venit cum V *rosīs*. Puella laeta est: rosae eam *dēlectant*.

Ubi est impluvium? *Id* [: impluvium] est in *ātriō*. In impluviō *aqua* est. In ātriō nūllae *fenestrae* sunt.

PENSVM C

1. Num Iūlius sōlus in vīllā habitat? *Iūlius nōn sōlus, sed cum familiā suā in vīllā habitat.*
2. Quot fīliōs et quot fīliās habent Iūlius et Aemilia? *Iūlius et Aemilia duōs fīliōs et ūnam fīliam habent.*
3. Ubi est impluvium? *Impluvium est in ātriō.*
4. Ubi dormiunt servī? *Multī servī in ūnō cubiculō dormiunt.*
5. Adestne Iūlius in peristȳlō cum Aemiliā? *Iūlius abest.*
6. Ubi est Iūlius? *Iūlius in oppidō Tūsculō est.*
7. Estne Aemilia sōla in peristȳlō? *Sōla nōn est, līberī cum eā sunt.*
8. Quid agit Iūlia in hortō? *Iūlia rosās carpit et puerōs vocat.*
9. Cūr puerī Iūliam rīdent? *Puerī Iūliam rīdent, quia improbī sunt. / Quia Iūlia puella pulchra nōn est.*

CAPITVLVM VI

PENSVM A

Iūlius ab oppidō Tūsculō ad vīllam suam it. Vīlla eius prope Tūsculum est. Iūlius in lectīcā est inter Ursum et Dāvum. Dominus ā servīs portātur. Ursus et Dāvus nōn saccōs portant, saccī ā Syrō et Lēandrō portantur. Saccus quem Lēander portat nōn tam parvus est quam saccus quī ā Syrō portātur.

Mēdus nōn est apud dominum, nam servus malus dominum timet. Dominus ā servō malō timētur. Dominus servum malum vocat neque ab eō audītur. Servus malus ā dominō vocātur neque eum audit.

Quō it Mēdus? Rōmam it. Unde venit? Mēdus Tūsculō venit. Ante Mēdum est Rōma, Tūsculum post eum est. Cornēlius nōn Tūsculō Rōmam, sed Rōmā Tūsculum it, nam is Tūsculī habitat. Cornēlius nōn ambulat, sed equō vehitur.

Lȳdia, amīca Mēdī, Rōmae habitat. Iam Mēdus Rōmae apud Lȳdiam est. Mēdus amīcam suam salūtat et ab amīcā suā salūtātur, nam Lȳdia Mēdum amat et ab eō amātur.

PENSVM B

Ōstia nōn *procul* ā Rōmā, sed *prope* Rōmam est. *Unde* venit Iūlius? Tūsculō venit et *ad* vīllam it. Duo servī eum *portant*. Syrus et Lēander, quī *post* lectīcam ambulant, duōs *saccōs* portant. Saccus Syrī nōn *tam* magnus est *quam* saccus quī *ā* Lēandrō portātur, *itaque* Syrus nōn tam *fessus* est quam Lēander.

Mēdus *apud* dominum nōn est, nam Mēdus dominum īrātum *timet*. Mēdus servus *malus* [= improbus] est; *itaque* Mēdus et Iūlius nōn *amīcī*, sed inimīcī sunt. Via Latīna, quae est *inter* Rōmam et Capuam, nōn tam *longa* est quam *via* Appia. *Quō* ambulat Mēdus? Is Rōmam ambulat, *nam* amīca eius Rōmae habitat. Cornēlius *autem* [= sed C.] Rōmā Tūsculum *it*. Tūsculum est ante eum, *post* eum est Rōma. Cornēlius equō *vehitur*, is nōn *ambulat*. Iūlius et Cornēlius ad vīllās suās *eunt*.

PENSVM C

1. Ambulatne Iūlius? *Nōn ambulat, lectīcā vehitur.*
2. Quī Iūlium portant? *Dāvus et Ursus Iūlium portant.*
3. Quid portant Syrus et Lēander? *Syrus et Lēander saccōs portant.*
4. Unde venit Iūlius et quō it? *Iūlius Tūsculō venit et ad vīllam suam it.*
5. Quō it Mēdus? *Mēdus Rōmam it.*
6. Etiamne Cornēlius Tūsculō Rōmam it? *Cornēlius nōn Tūsculō Rōmam, sed Rōmā Tūsculum it.*
7. Ubi habitat Cornēlius? *Cornēlius Tūsculī habitat.*
8. Cūr Mēdus laetus est? *Mēdus laetus est, quia Rōmae amīcam habet.*
9. Quae est Lȳdia? *Lȳdia est amīca Mēdī.*
10. Quid habet Mēdus in sacculō suō? *In sacculō suō Mēdus nummōs dominī habet.*
11. Suntne amīcī Iūlius et Mēdus? *Iūlius et Mēdus nōn amīcī, sed inimīcī sunt.*
12. Num *portat* verbum passīvum est? *Portat nōn est verbum passīvum, sed āctīvum.*

CAPITVLVM VII

PENSVM A

Iūlius Mārcō, fīliō suō, mālum dat. Iūlius Mārcō et Quīntō, fīliīs suīs, māla dat. Iūlius etiam servīs suīs, Syrō et Lēandrō, māla dat.

Cui Aemilia ōsculum dat? Aemilia virō suō Iūliō ōsculum dat. Iūlius Aemiliae ōsculum dat. Iūlius Iūliae, fīliae suae, mālum dat, neque sōlum Iūliae, sed etiam Syrae et Dēliae, ancillīs suīs. Iūlia mālō suō ōsculum dat!

PENSVM B

Iūlius ad vīllam *advenit*. Ōstiārius ōstium *aperit* et post eum *claudit*.

Saccī nōn vacuī, sed *plēnī* sunt. Iūlius: "Vidēte, puerī: *Hic* saccus plēnus *mālōrum* est. Ecce mālum tuum, Mārce." Iūlius Mārcō mālum *dat*. Iūlius fīliīs nōn *sōlum* māla, sed etiam pira dat. Iam puerī *et* māla *et* pira habent, sed servī *neque* māla *neque* pira habent. Dominus servōs ad *sē* vocat et *iīs* quoque māla et *pira* dat.

Aemilia ad Iūlium *adit* et eī *ōsculum* dat. Iūlia abest. Puerī nōn ambulant, sed *currunt* in hortum. *Illīc* [: in hortō] Iūlia nōn est, ea in cubiculō suō est. Iūlia nōn rīdet, sed *lacrimat:* in *oculīs* eius sunt *lacrimae*. Dēlia: "In ātriō pater tuus tē *exspectat*, Iūlia." Iūlia *ē* [= ex] cubiculō *exit*, ad Iūlium currit et *eī* [: Iūliō] ōsculum dat. Iūlia rosam ante Iūlium *tenet*. Iūlia: "Nōnne *haec* rosa *fōrmōsa* [= pulchra] est?"

PENSVM C

1. Quem puerī exspectant? *Puerī Iūlium esxpectant.*
2. Venitne Iūlius Rōmā? *Iūlius nōn Rōmā, sed Tūsculō venit.*
3. Quis ōstium aperit et claudit? *Ōstiārius ōstium aperit et claudit.*
4. Quid inest in saccīs? *In saccīs māla et pira īnsunt.*
5. Cui Iūlius mālum prīmum dat? *Iūlius Mārcō mālum prīmum dat.*
6. Cui Aemilia ōsculum dat? *Aemilia virō suō ōsculum dat.*
7. Estne Iūlia in hortō? *Iūlia nōn in hortō, sed in cubiculō suō est.*
8. Quō it Dēlia? *Dēlia in cubiculum Iūliae it.*
9. Estne Iūlia sōla in cubiculō suō? *Iūlia nōn sōla est illīc. Syra apud eam est.*
10. Rīdetne Iūlia? *Iūlia nōn rīdet, sed lacrimat.*
11. Quō Iūlia currit? *Iūlia in ātrium currit.*
12. Quid Iūlius dat fīliae suae? *Iūlius fīliae suae mālum et pirum dat.*

CAPITVLVM VIII

PENSVM A

Quis est Albīnus? Est tabernārius quī ōrnāmenta vēndit. Quae ōrnāmenta? Ōrnāmenta quae Albīnus vēndit sunt gemmae et margarītae. Quid emit Mēdus? Ōrnāmentum emit. Quod ōrnāmentum? Ōrnāmentum quod Mēdus emit est ānulus cuius pretium est HS C. Digitus in quō ānulus pōnitur est digitus quārtus.

Hic servus Mēdus, ille Dāvus est. Lȳdia hunc servum amat, nōn illum. Lȳdia amīca huius servī est, nōn illīus. Lȳdia huic servō ōsculum dat, nōn illī. Lȳdia ab hōc servō amātur, nōn ab illō.

Hoc oppidum est Tūsculum, illud est Brundisium. Cornēlius in hōc oppidō habitat, nōn in illō. Viae huius oppidī parvae sunt.

PENSVM B

Gemmae et margarītae *ōrnāmenta* pulchra sunt. Aemilia multa ōrnāmenta ā Iūliō *accipit*. Aemilia *margarītās* in collō et ānulum in *digitō* habet. Multae fēminae ante tabernam Albīnī *cōnsistunt* et ōrnāmenta eius aspiciunt. Virī ōrnāmenta *emunt* et fēminīs dant. *Ānulus* gemmātus centum sēstertiīs *cōnstat*. *Pretium* ānulī est centum sēstertiī, sed Mēdus *nōnāgintā* [XC] tantum habet. Albīnus: "Nōnāgintā nōn *satis* est!" Mēdus: "Accipe nōnāgintā sēstertiōs *aut* nūllōs!" Ānulus ad digitum medium nōn *convenit*: digitus medius *nimis* magnus est. Sed ānulus convenit ad digitum *quārtum* [IV], quī nōn *tantus* est quantus digitus *medius*. Lȳdia laeta digitum suum *aspicit* et cum Mēdō ā tabernā *abit*. Lȳdia Mēdō viam *mōnstrat*.

PENSVM C

1. Quid Albīnus vēndit? *Albīnus ōrnāmenta vēndit.*
2. Ā quō Aemilia ōrnāmenta accipit? *Aemilia ōrnāmenta accipit ā virō suō.*
3. Ambulatne Mēdus cum dominō suō? *Mēdus nōn cum dominō suō, sed cum amīcā suā ambulat.*
4. Ubi Mēdus et Lȳdia cōnsistunt? *Mēdus et Lȳdia ante tabernam Albīnī cōnsistunt.*
5. Cūr Mēdus margarītās nōn emit? *Quia Lȳdia multās margarītās habet.*
6. Cūr Lȳdia nūllum ānulum habet? *Nūllum ānulum habet, quia pecūniōsa nōn est.*
7. Estne vacuus sacculus Mēdī? *Vacuus nōn est, in sacculō eius sunt nōnāgintā sēstertiī.*
8. Quot sēstertiīs cōnstat ānulus gemmātus? *Ānulus gemmātus cōnstat centum sēstertiīs.*
9. Ad quem digitum ānulus convenit? *Ānulus ad digitum quārtum convenit.*

CAPITVLVM IX

PENSVM A

In Italiā sunt multī pāstōrēs. Numerus pāstōrum magnus est. Pāstor Iūliī ūnum canem et multās ovēs habet. Pastor est dominus canis et ovium. Canis et ovēs pāstōrem amant. Cibus ovium est herba, cibus pāstōris est pānis. Pāstor pānem ēst.

In colle ūna arbor est. Pāstor cum cane et ovibus ad arborem it. Iam pāstor in umbrā arboris iacet. Arbor pāstōrī et canī et ovibus umbram dat, sed ovis nigra in sōle iacet. Nūllae nūbēs ante sōlem sunt. In silvā multae arborēs sunt, sub arboribus umbra est. Ovis nigra ā pāstōre cēterīsque ovibus discēdit. Canis ovem videt.

PENSVM B

Pāstor et centum *ovēs* in *campō* sunt. Pāstor ovibus aquam et *cibum* dat. Cibus ovium est *herba*, cibus pāstōris est *pānis*. Pāstor pānem *ēst*. Ovēs herbam *edunt* et aquam *bibunt* ē *rīvō*.

Sōl *lūcet*, nūlla *nūbēs* in caelō *suprā* hunc campum vidētur. In colle ūna *arbor* est, in *silvā* multae arborēs sunt. *Sub* arboribus umbra est. Pāstor ovēs suās ad arborem *dūcit*. *Dum* pāstor in *umbrā* arboris iacet, ovis nigra cēterās ovēs *relinquit* et silvam *petit*. In terrā sunt *vestīgia* lupī; lupus *ipse* nōn procul abest. Lupus in silvā cibum *quaerit*, dum pāstor et *canis* ovem quaerunt.

PENSVM C

1. Num pāstor sōlus in campō est? *Pāstor nōn sōlus est, canis et ovēs apud eum sunt.*
2. Quot ovēs habet pāstor? *Pāstor centum ovēs habet.*
3. Ā quō canis cibum accipit? *Canis cibum accipit ā pāstōre.*
4. Suntne montēs prope pāstōrem? *Montēs nōn prope pāstōrem, sed procul ā pāstōre sunt.*
5. Ubi sunt vallēs? *Vallēs sunt inter montēs.*
6. Quid est collis? *Collis est parvus mōns.*
7. Quō it pāstor? *Pāstor ad arborem it.*
8. Cūr pāstor umbram petit? *Umbram petit, quia sōl lūcet.*
9. Quō it ovis nigra? *Ovis nigra in silvam it.*
10. Quid ovis in terrā videt? *Ovis vestīgia lupī videt in terrā.*
11. Cūr lupus ovem nigram nōn ēst? *Quia canis accurrit et lupum petit.*

CAPITVLVM X

PENSVM A

Avēs in āere volant. Piscēs in aquā natant. Iūlia neque volāre neque natāre potest. Homō duōs pedēs habet, itaque homō ambulāre potest. Homō mortuus sē movēre nōn potest. Spīrāre necesse est hominī, nam sine animā nēmō vīvere potest. Cum homō spīrat, anima in pulmōnēs intrat et ex pulmōnibus exit. Homō quī spīrat mortuus esse nōn potest. Hominēs deōs vidēre nōn possunt. Deī ab hominibus vidērī nōn possunt. Nēmō piscēs numerāre potest. Piscēs numerārī nōn possunt. Sine pecūniā cibus emī nōn potest.

Puerī Iūliam canere audiunt. Mārcus Quīntum ad terram cadere videt. Iūlius Mārcum clāmāre audit. Puerī saccum ā Iūliō in mēnsā pōnī et aperīrī vident.

PENSVM B

Leō et aquila *bēstiae* sunt. Virī et fēminae *hominēs* sunt. Mercurius nōn homō, sed *deus* est. In aquā sunt *piscēs*. In āere sunt *avēs*. Quid agunt piscēs et avēs? Piscēs in aquā *natant*, avēs in āere *volant*. Avis duās *ālās* habet, itaque avis volāre *potest*. Avis quae volat ālās *movet*. Cum homō ambulat, *pedēs* moventur. Cum homō *spīrat*, anima in *pulmōnēs* intrat. Homō quī spīrat *vīvus* est, quī nōn spīrat *mortuus* est. Nam sine animā *nēmō* vīvere potest. Spīrāre hominī *necesse* est.

Iūlia *canit* [= cantat]. Iūlia *vōcem* pulchram habet. Puerī *nīdōs* quaerunt. Nīdī sunt inter *rāmōs* et folia arborum. In nīdīs avium sunt *ōva* aut pullī. Avēs nōn pullōs vīvōs, sed ōva *pariunt*. Quīntus in arborem *ascendit* et IV *pullōs* videt in nīdō. Rāmus quī nīdum *sustinet* tenuis est. Rāmus tenuis puerum *crassum* sustinēre nōn potest: Quīntus ad terram *cadit*. Mārcus eum cadere videt et *perterritus* est.

PENSVM C

1. Num Neptūnus homō est? *Nōn homō, sed deus est Neptūnus.*
2. Quis est Mercurius? *Mercurius est deus mercātōrum et nūntius deōrum*
3. Quid agunt mercātōrēs? *Mercātōrēs emunt et vendunt.*
4. Num necesse est margarītās habēre? *Id necesse nōn est.*
5. Quid est ōceanus Atlanticus? *Ōceanus est magnum mare.*
6. Cūr aquila ā parvīs avibus timētur? *Quia aquila parvās avēs capere vult.*
7. Ubi sunt nīdī avium? *In arboribus sunt.*
8. Quid est in nīdīs? *In nīdīs sunt ōva aut pullī.*
9. Quae bēstiae ōva pariunt? *Avēs ōva pariunt.*
10. Quid agunt puerī in hortō? *Puerī nīdōs quaerunt.*
11. Cūr rāmus Quīntum sustinēre nōn potest? *Quia Quīntus puer crassus est.*

CAPITVLVM XI

PENSVM A

Membra corpor*is* hūmānī sunt duo bracchia et duo crūr*a*. In corpor*e* hūmānō ūn*um* caput est, nōn duo capit*a*. In capit*e* sunt duae aur*ēs* et ūn*um* ōs. In ōr*e* sunt dent*ēs*. In pector*e* ūn*um* cor et duo pulmōn*ēs* sunt.

Medicus Quīnt*um* super lectum iac*ēre* videt; medicus puer*um* dorm*īre* videt. Medicus: "Quīnt*us* dorm*it*." Medicus 'Quīnt*um* dorm*īre*' dīcit. Medicus puer*um* linguam ostend*ere* iubet, et 'lingu*am* eius rubr*am* es*se*' dīcit. Puer dīcit 'ped*em* et caput dol*ēre*.' Medicus Aemili*am* pōculum ten*ēre* iubet. Syra Quīnt*um* spīr*āre* nōn aud*it*, itaque Syra e*um* mortu*um* es*se* putat. Sed Quīnt*us* vīv*it*. Māter fīli*um* vīv*ere* gaudet. Necesse est puer*um* aegr*um* dorm*īre*.

PENSVM B

Corpus humānum habet quattuor *membra*: duo *bracchia* et duo *crūra*. In bracchiīs duae *manūs* sunt, in crūribus duo *pedēs*. Super collum est *caput*. In capite sunt duo oculī, duae *aurēs*, ūnus nāsus, ūnum *ōs*. In ōre sunt dentēs et *lingua*. Sub collō est *pectus*. In pectore sunt pulmōnēs et *cor*. In corde et in vēnīs *sanguis* est. Sanguis per *vēnās* ad cor *fluit*.

Aemilia apud lectum Quīntī *sedet*, Syra apud lectum *stat*. Quīntus nōn *sānus*, sed aeger est. Syrus medicum ex oppidō *arcessit*. Medicus digitum ad pedem puerī *appōnit*: medicus pedem eius *tangit*. Quīntus, quī digitum medicī in pede *sentit*: "Ei! Pēs *dolet*!"

PENSVM C

1. Quae sunt membra corporis hūmānī? *Sunt bracchia et crūra.*
2. Ubi est cerebrum? *Cerebrum est post frontem.*
3. Quid est in pectore? *In pectore sunt pulmōnēs et cor.*
4. Ubi est venter? *Venter est īnfrā pulmōnēs.*
5. Cūr Quīntus cibum sūmere nōn potest? *Quia aeger est.*
6. Estne Quīntus sōlus in cubiculō suō? *Sōlus nōn est, nam Aemilia et Syra apud eum sunt.*
7. Unde medicus arcessitur? *Medicus Tūsculō arcessitur.*
8. Quid videt medicus in ōre Quīntī? *Medicus dentem nigrum in ōre Quīntī videt.*
9. Quid Quīntus in bracchiō sentit? *Quīntus cultrum medicī sentit.*
10. Cūr Syra Quīntum mortuum esse putat? *Quia eum spīrāre nōn audit.*

CAPITVLVM XII

PENSVM A

Pīlum ē man*ū* iacitur, sagitta ex arc*ū*. In exercit*ibus* Rōmānīs multī Gallī mīlitant, quī arc*ūs* ferunt. Equitāt*us* sine met*ū* impet*um* in hostēs facit, neque hostēs impet*um* equitāt*ūs* sustinēre possunt. Mīlle pass*ūs* sunt quīnque mīlia pedum. Via Latīna CL [150: centum quīnquāgintā] mīlia pass*uum* long*a* est.

Rāmus tenu*is* puerum crass*um* sustinēre nōn potest, nam puer crass*us* grav*is* est. Ūnum mālum grav*e* nōn est, nec duo māla grav*ia* sunt, sed saccus plēn*us* mālōrum grav*is* est. Lēander saccum magn*um* et grav*em* portat. In saccō grav*ī* sunt māla. Servī saccōs grav*ēs* portant. In saccīs grav*ibus* sunt māla et pira.

Saccus Lēandrī grav*ior* est quam Syrī, nam māla grav*iōra* sunt quam pira. Via Appia long*ior* est quam via Latīna. Via Appia et via Aurēlia long*iōrēs* sunt quam via Latīna. Quīntus crass*ior* est quam Mārcus. Lēander saccum grav*iōrem* quam Syrus portat; in saccō grav*iōre* māla sunt.

Hoc pīlum long*ius* et grav*ius* est quam illud. Haec pīla long*iōra* et grav*iōra* sunt quam illa.

PENSVM B

Mārcus *frāter* Quīntī est. Quīntus ūnum frātrem et ūnam *sorōrem* habet. 'Iūlia' *nōmen* sorōris est. Frāter Aemiliae est *avunculus* līberōrum. Quīntus: "Ubi est avunculus noster?" Iūlius: "Avunculus *vester* est in Germāniā."

Prōvincia est *pars* imperiī Rōmānī. Rhēnus Germāniam ab imperiō Rōmānō *dīvidit*; Rhēnus *fīnis* imperiī est. In Germāniā multī *mīlitēs* Rōmānī sunt, quī contrā Germānōs *pugnant*; Germānī enim *hostēs* Rōmānōrum sunt. Mīlitēs Rōmānī scūta et *gladiōs* et pīla *ferunt*. Mīlitēs in *castrīs* habitant. Circum castra est *fossa* et *vāllum*, quod X pedēs *altum* est. Mīlitēs patriam ab hostibus *dēfendunt*.

PENSVM C

1. Num *Mārcus* cognōmen est? *Mārcus nōn cognōmen, sed praenōmen est.*
2. Quot frātrēs habet Aemilia? *Ūnum frātrem habet.*
3. Quid agit Aemilius in Germāniā? *Aemilius in Germānia mīlitat.*
4. Quae arma pedes Rōmānus fert? *Pedes Rōmānus scūtum et gladium et pīlum fert.*
5. Quam longum est pīlum Aemiliī? *Pīlum eius sex pedēs longum est.*
6. Ubi habitant mīlitēs Rōmānī? *Mīlitēs in castrīs habitant.*
7. Quī sunt Germānī et Gallī? *Germānī et Gallī sunt quī Germāniam et Galliam incolunt.*
8. Estne Germānia prōvincia Rōmāna? *Nōn est.*
9. Quod flūmen Germāniam ā Galliā dīvidit? *Flūmen Rhēnus Germāniam ā Galliā dīvidit.*
10. Cūr hostēs castra expugnāre nōn possunt? *Quia Rōmānī castra bene dēfendunt.*
11. Num mīles fortis ab hoste fugit? *Mīles fortis nōn fugit, sed impetum in hostēs facit.*
12. Cūr hasta procul iacī nōn potest? *Quia nimis gravis est.*

CAPITVLVM XIII

PENSVM A

Hōrae di*ēī* sunt XII. Hōra sexta di*em* dīvidit in duās partēs: ante merīdi*em* et post merīdi*em*. Sex hōrae sunt dīmidia pars di*ēī*. Mēnsis Iūnius XXX di*ēs* habet: numerus di*ērum* est XXX. Novus annus incipit ab eō di*ē* quī dīcitur kalendae Iānuāriae.

Iūlius mēnsis annī calid*issimus* est; Iānuārius est mēnsis annī frīgid*issimus*. Mēnsis annī brev*issimus* est Februārius. Padus est flūmen Italiae long*issimum* et lāt*issimum*. Sōl stēlla clār*issima* est.

PENSVM B

Iānuārius *mēnsis* prīmus est. December est mēnsis *duodecimus* ac *postrēmus*. Tempore antīquō September mēnsis septimus *erat*, nam *tunc* [= illō tempore] mēnsis prīmus erat Mārtius. Nunc September mēnsis *nōnus* est. Diēs est tempus ā *māne* ad *vesperum*. Māne est *initium* diēī, vesper *fīnis* diēī est et initium *noctis*. Diēs in XII *hōrās* dīviditur. Nocte *lūna* et *stēllae* lūcent, neque eae tam *clārae* sunt quam sōl. Sōl lūnam *lūce* suā *illūstrat*. Ea lūnae pars quae sōle nōn illūstrātur *obscūra* est.

Vēr et *autumnus*, aestās et *hiems* sunt quattuor *tempora* annī. *Aestās* ā mēnse Iūniō *incipit*. Hieme nōn sōlum *imber*, sed etiam *nix* dē nūbibus cadit: montēs et campī nive *operiuntur*. Aqua nōn tam *frīgida* est quam nix.

PENSVM C

1. Quot sunt mēnsēs annī? *Mēnsēs annī sunt duodecim.*
2. Ā quō Iānuārius nōmen habet? *Ā deō Iānō.*
3. Quam longus est mēnsis Aprīlis? *Aprīlis trīgintā diēs longus est.*
4. Ā quō mēnsis Iūlius nōmen habet? *Mēnsis Iūlius nōminātur ā Iūliō Caesare.*
5. Cūr mēnsis decimus Octōber nōminātur? *Quia tempore antīquō mēnsis octāvus erat.*
6. Cūr lūna nōn tam clāra est quam sōl? *Quod lūna suam lūcem nōn habet, sed sōle illūstrātur.*
7. Quī diēs annī brevissimus est? *Diēs annī brevissimus est a. d. VIII kal. Iān.*
8. Quī diēs aequinoctia dīcuntur? *A. d. VIII kal. Apr. et a. d. VIII kal. Oct.*
9. Quod tempus annī calidissimum est? *Aestās est tempus annī calidissimum.*
10. Quandō nix dē nūbibus cadit? *Hieme nix dē nūbibus cadit.*
11. Quid est imber? *Imber est aqua quae dē nūbibus cadit.*
12. Ā quō diē incipit novus annus? *Novus annus incipit ā kalendīs Iānuāriīs.*

CAPITVLVM XIV

PENSVM A

Puer dorm*iēns* nihil audit. Dāvus puerum dorm*ientem* excitat: in aurem puerī dorm*ientis* clāmat: "Mārce!" Mārcus oculōs aper*iēns* servum apud lectum st*antem* videt. Servus puerō frīg*entī* vestīmenta dat. Parentēs fīlium intr*antem* salūtant et ā fīliō intr*ante* salūtantur. Fīlius discēd*ēns* "Valē!" inquit.

Corpus val*ēns* nōn dolet. Medicus caput dol*ēns* sānāre nōn potest. Piscēs sunt animālia nat*antia*.

PENSVM B

Puerī in lectīs *cubant* [= iacent]. *Alter* puer dormit, alter *vigilat*; alter *valet*, alter aegrōtat. *Uter* puer aegrōtat, Mārcusne *an* Quīntus? Quīntus aegrōtat.

Servus puerum dormientem *excitat* et eī aquam *affert*. Mārcus ē lectō *surgit* et prīmum manūs *lavat*, *deinde* faciem. Puer vestīmenta ā servō *poscit*, et prīmum tunicam *induit*, deinde *togam*. Iam puer *nūdus* nōn est. Virō *togātō* [= togam gerentī] bracchium *dextrum* nūdum est. Dāvus Mārcum sēcum venīre iubet: "Venī *mēcum*!"

Mārcus Mēdum, quī cum eō īre *solet*, nōn videt. Mēdus librōs et cēterās *rēs* Mārcī portāre solet, Mārcus ipse *nihil* portāre solet *praeter* mālum. "Hodiē" *inquit* Iūlius "Mēdus *tēcum* īre nōn potest." Mārcus sōlus abit librum et *tabulam* et stilum *sēcum* ferēns.

PENSVM C

1. Quīntusne bene dormit? *Quīntus dormīre nōn potest.*
2. Uter puer aegrōtat? *Quīntus aegrōtat.*
3. Estne clausa fenestra Mārcī? *Fenestra eius aperta est.*
4. Uter ē duōbus puerīs gallum canentem audit? *Quīntus, quī vigilat, gallum canentem audit.*
5. Quōmodo servus Mārcum excitat? *Dāvus in aurem puerī dormientis clāmat: "Māne est!"*
6. Tōtumne corpus lavat Mārcus? *Nōn tōtum corpus, sed tantum manūs et caput lavat.*
7. Cūr Mārcus frīget? *Quod nūdus est.*
8. Quid Mārcus ā servō poscit? *Vestīmenta sua poscit.*
9. Utrum bracchium togā operītur? *Bracchium sinistrum togā operītur.*
10. Utrā manū mīles scūtum gerit? *Mīles scūtum gerit manū sinistrā.*
11. Quās rēs Mārcus sēcum fert? *Mārcus librum, tabulam stilumque sēcum fert.*

CAPITVLVM XV

PENSVM A

Mārcus ad lūdum ven*it* nec iānuam puls*at*. Magister: "Cūr tū iānuam nōn puls*ās*, cum ad lūdum ven*īs*?" Mārcus: "Ego iānuam nōn puls*ō*, cum ad lūdum ven*iō*, quod nec Sextus nec Titus id facit. Audīte, Sexte et Tite: vōs iānuam nōn puls*ātis* cum ad lūdum ven*ītis*!" Sextus et Titus: "Nōs iānuam puls*āmus*, cum ad lūdum ven*īmus*!" Magister: "Tacēte! Aperīte librōs!" Titus: "Ego librum nōn hab*eō*." Magister: "Cūr librum nōn hab*ēs*, Tite?" Titus: "Librum nōn hab*eō*, quod Mārcus meum librum hab*et*!" Mārcus: "Sed vōs meās rēs hab*ētis*!" Titus et Sextus: "Nōs rēs tuās nōn hab*ēmus*!"

Magister discipulōs dormīre vidēns exclāmat: "Ō puerī! Dorm*ītis*! Ego recit*ō*, vōs nōn aud*ītis*!" Mārcus: "Ego tē recitāre aud*iō*. Nōn dorm*iō*." Titus et Sextus: "Nec nōs dorm*īmus*. Tē recitāre aud*īmus*. Bene recit*ās*, magister." Magister: "Ego bene recit*ō*, at vōs male recit*ātis*! Malī discipulī es*tis*!" Discipulī: "Vērum nōn dīc*is*, magister. Bonī discipulī *sumus*: in lūdō nec clām*āmus* nec rīd*ēmus*, et tē aud*īmus*!"

PENSVM B

Māne puerī in *lūdum* eunt. Puerī quī in lūdum eunt *discipulī* sunt. Quī lūdum habet *magister* est. Mārcus magistrum metuit, nam Diodōrus magister *sevērus* est quī puerōs improbōs *virgā* verberat.

Intrat magister. Sextus dē *sellā* surgit. Cēterī discipulī *nōndum* adsunt. Magister *exclāmat*: "Ō, discipulōs improbōs!" Sextus: "Num ego improbus *sum*?" Magister: "*Tū* discipulus improbus nōn es, *at* [= sed] cēterī discipulī improbī sunt!"

Post Sextum venit Titus, *tum* [= deinde] Mārcus. Mārcus *iānuam* [= ōstium] nōn pulsat, *antequam* lūdum intrat, nec magistrum salūtat. Magister: "Discipulus improbus *es*, Mārce! *Statim* ad mē venī!" Magister *tergum* Mārcī verberat. Tergum est *posterior* pars corporis. Magister puerum verberāre *dēsinit*. Mārcus ad sellam suam *redit* neque *cōnsīdit*. Magister: "*Quid* [= cūr] nōn cōnsīdis?" Mārcus: "Sedēre nōn *possum*, quod pars tergī *īnferior* mihi dolet!"

PENSVM C

1. Quō puerī māne eunt? *In lūdum eunt.*
2. Quis est Diodōrus? *Magister est.*
3. Cūr puerī magistrum metuunt? *Quia sevērus est.*
4. Quis discipulus prīmus ad lūdum advenit? *Sextus prīmus advenit.*
5. Quid facit Titus antequam lūdum intrat? *Iānuam pulsat.*
6. Cūr Titus librum suum nōn habet? *Quod Mārcus librum eius habet.*
7. Quis est discipulus improbissimus? *Mārcus discipulus improbissimus est.*
8. Cūr Quīntus in lūdum īre nōn potest? *Quia aegrōtat.*
9. Cūr magister recitāre dēsinit? *Quia discipulī dormiunt.*
10. Tūne magister/magistra an discipulus/discipula es? *Ego nōn magister/-tra, sed discipulus/-a sum.*
11. Num tū iānuam pulsās antequam cubiculum tuum intrās? *Iānuam meam nōn pulsō antequam intrō.*

CAPITVLVM XVI

PENSVM A

Nautae, quī Neptūnum ver*entur*, tempestātem opper*iuntur*. Mēdus et Lȳdia ex Italiā proficīsc*untur*. Lȳdia Mēdum in puppim ascendentem sequ*itur*. Dum nauta loqu*itur*, Mēdus occidentem intu*ētur*, unde nūbēs ātrae ori*untur*. Simul tempestās or*itur*. Mercātor trīstis mercēs suās in mare lāb*ī* videt; nēmō eum cōnsōl*ārī* potest.

Quī ab amīcīs proficīsc*itur* laet*ārī* nōn potest.

PENSVM B

Brundisium est oppidum *maritimum* (in *ōrā* maritimā situm) quod magnum *portum* habet. Portus est *locus* quō *nāvēs* ad terram adīre possunt.

Cum nūllus *ventus* flat, mare *tranquillum* est. *Tempestās* est magnus ventus quī mare *turbat* et altōs *flūctūs* facit. Gubernātor est *nauta* quī in *puppī* nāvis sedēns nāvem *gubernat*. Partēs caelī sunt *oriēns* et *occidēns*, *septentriōnēs* et merīdiēs. Oriēns est ea caelī pars unde sōl *oritur*, occidēns est ea pars quō sōl *occidit*.

Mēdus et Lȳdia nāvem *cōnscendunt* atque ex Italiā *proficīscuntur*. Ventus *secundus* est, nāvis plēnīs *vēlīs* ex portū *ēgreditur* [= exit]; sed in altō marī tempestās *oritur*: magnus ventus *flāre* incipit, tōtum mare turbidum *fit*. Nautae aquam ē nāve *hauriunt* et *mercēs* in mare iaciunt. Mēdus Neptūnum *invocat*: "Ō Neptūne! *Servā* mē!" Nāvis flūctibus *iactātur* nec *vērō* [= sed nōn] mergitur.

PENSVM C

1. Quae nāvēs Rōmam adīre possunt? *Parvae tantum nāvēs Rōmam adīre possunt.*
2. Quid est 'ōstium' flūminis? *Est locus quō flūmen in mare īnfluit.*
3. Num Tiberis in mare Superum īnfluit? *Tiberis nōn in mare Superum, sed in mare Īnferum īnfluit.*
4. Quandō nāvēs ē portū ēgrediuntur? *Ventō secundō nāvēs ē portū ēgrediuntur.*
5. Ubi sedet gubernātor et quid agit? *Gubernātor in puppī sedēns nāvem gubernat.*
6. Quae sunt quattuor partēs caelī? *Sunt oriēns et occidēns, merīdiēs et septentriōnēs.*
7. Quās rēs Mēdus et Lȳdia sēcum ferunt? *Omnēs rēs suās sēcum ferunt.*
8. Quō Mēdus cum amīcā suā īre vult? *In Graeciam.*
9. Cūr trīstis est Lȳdia? *Quod amīcās suās relinquit.*
10. Quem deum invocant nautae? *Deum Neptūnum.*
11. Cūr mercēs in mare iaciuntur? *Quod nāvis nimis gravis est.*
12. Num nāvis eōrum mergitur? *Nāvis servātur, nōn mergitur.*

CAPITVLVM XVII

PENSVM A

Mārcus ā magistrō nōn laud*ātur*, sed reprehend*itur*. Mārcus: "Cūr ego semper reprehend*or*, numquam laud*or*? Titus et Sextus semper laud*antur*, numquam reprehend*untur*." Magister: "Tū nōn laud*āris*, sed reprehend*eris*, quia prāvē respondēs." Mārcus: "Sed ego semper interrog*or*!" Sextus: "Tū nōn semper interrog*āris*; nōs saepe interrog*āmur* nec prāvē respondēmus: itaque ā magistrō laud*āmur*, nōn reprehend*imur*." Mārcus: "At facile est id quod vōs interrog*āmini*: itaque rēctē respondētis ac laud*āmini*!" Titus: "Nōs magistrum ver*ēmur*. Nōnne tū eum ver*ēris*?" Mārcus: "Ego magistrum nōn ver*eor*. Cūr vōs eum ver*ēmini*?"

PENSVM B

Discipulus est puer quī *discit*. Vir quī puerōs *docet* magister est. Magister est vir *doctus* quī multās rēs *scit* quās puerī *nesciunt*. Sextus nec stultus nec piger, sed *prūdēns* atque *industrius* est. Magister interrogat, discipulus quī respondēre potest manum *tollit*. Nōn *oportet* respondēre antequam magister interrogat. Magister: "*Dīc* numerōs ā decem *ūsque* ad centum!" *Quisque* puer manum tollit, primum Sextus, deinde Titus, *postrēmō* Mārcus. Sextus numerōs dīcit: "XI, XII, XIII, XIV, XV, XVI, XVII, XVIII, XIX, XX, XXX, XL, L, LX, LXX, LXXX, XC, C." Sextus bonus discipulus est, quī semper *rēctē* respondet; itaque magister eum *laudat*. Mārcus, quī semper *prāvē* respondet, ā magistrō *reprehenditur*: "*Numquam* rēctē respondēs, Mārce! Cūr nōn *cōgitās* antequam respondēs?" Mārcus: "Cūr Titum nōn interrogās? Is nōn tam *saepe* interrogātur quam ego." Magister: "Iam eum interrogō: quot sunt XXI et LXVIII?" Titus: "LXXXVII? an LXXXVIII?" Titus nōn *certus*, sed *incertus* est ac magistrō *respōnsum* incertum dat. Sextus vērō rēctē respondet, *quamquam* difficile est id quod interrogātur. Quod Mārcus interrogātur nōn difficile, sed *facile* est.

Ūnus *dēnārius* est IV sēstertiī, ūnus sēstertius IV *assēs*.

PENSVM C

1. Quid puerī discunt in lūdō? *Puerī litterās et numerōs discunt.*
2. Cūr Sextus ā magistrō laudātur? *Quia semper rēctē respondet.*
3. Cūr Mārcus reprehenditur? *Quia prāvē respondet.*
4. Estne facile id quod Titus interrogātur? *Nōn facile, sed difficile est.*
5. Cūr Titus nōn statim respondet? *Quia XLVIII numerus difficilis est.*
6. Uter rēctē respondet, Titusne an Sextus? *Sextus est discipulus quī rectē respondet.*
7. Quot sunt ūndētrīgintā et novem? *Sunt duodēquadrāgintā.*
8. Trēs sēstertiī quot sunt assēs? *Trēs sēstertiī sunt duodecim assēs.*
9. Quot dēnāriī sunt octōgintā sēstertiī? *Octōgintā sēstertiī sunt vīgintī dēnāriī.*
10. Num facilēs sunt numerī Rōmānī? *Nōn facilēs, sed difficilēs sunt numerī Rōmānī.*
11. Tūne ā magistrō tuō laudāris? *Ā magistrō laudor.*

CAPITVLVM XVIII

PENSVM A

Sextus rēct*ē* respondet, Mārcus prāv*ē* respondet et sevēr*ē* reprehenditur. Nēmō rēct*ius* aut pulchr*ius* scrībit quam Sextus; is rēctissim*ē* et pulcherrim*ē* scrībit. Lūna plēna clār*ē* lūcet, sed sōl clār*ius* lūcet quam lūna et cēterae stēllae; sōl clārissim*ē* lūcet.

Hostēs nōn tam fort*iter* pugnant quam Rōmānī. Mīlitēs nostrī fort*ius* pugnant quam hostēs. Nostrī fortissim*ē* pugnant. Mārcus nimis lev*iter* scrībit. Magister brev*iter* scrībit 'Mārcum improbum esse'.

PENSVM B

Ex XXIII litterīs Latīnīs VI *vōcālēs* sunt: A E I O V Y; cēterae sunt *cōnsonantēs*. Cōnsonāns semper cum vōcālī *iungitur*. K, Y, Z litterae *rārae* sunt in *linguā* Latīnā, in linguā Graecā *frequentēs*. Vocābula *ōstium* et *iānua* *eandem* rem significant; *lingua* duās rēs *variās* significat. Magister librōs Latīnōs et Graecōs *legere* potest.

Discipulī hanc *sententiam* in tabulīs suīs *scrībunt*: *Homō oculōs et nāsum habet.* Magister tabulam *cuiusque* puerī aspicit, et Sextī et Titī et Mārcī. In tabulā Mārcī IV litterae *dēsunt*. Magister litterās quae dēsunt *addit*; *ita* [= eō modō] magister menda Mārcī *corrigit*. Tum Mārcus scrībit *sīc* [= hōc modō]: *HOMO HOCVLOS...* Magister: "Ō Mārce! Hīc nōn *deest*, immō *superest* littera H!" Mārcus stilum vertēns H litteram *dēlet*. Tum magister calamum et *chartam* sūmit et *epistulam* ad patrem Mārcī scrībit.

Cēra est *māteria* mollis. Ferrum est māteria *dūra*.

PENSVM C

1. Quot sunt litterae Latīnae? *Sunt vīgintī trēs.*
2. Estne D vōcālis an cōnsonāns? *D cōnsonāns est.*
3. Quot syllabās habet vocābulum *apis*? *Hoc vocābulum duās syllabās habet.*
4. Quōmodo parvus discipulus legit? *Parvus discipulus quamque syllabam cuiusque vocābulī legit.*
5. Quis discipulus rēctissimē scrībit? *Sextus est discipulus quī rēctissimē scrībit.*
6. Quālēs sunt litterae quās Titus scrībit? *Litterae Titī tam foedae sunt quam Mārcī.*
7. Quālis discipulus est Mārcus? *Est discipulus piger.*
8. Cūr Mārcus nōn *HOMO*, sed *OMO* scrībit? *Quia semper 'omō' dīcit.*
9. Quotiēs Mārcus litteram H scrībit? *Deciēs.*
10. Stilōne in tabulā scrībit magister? *Magister calamō in chartā scrībit.*
11. Quid magister scrībit? *Epistulam ad patrem Mārcī.*
12. Estne facilis grammatica Latīna? *Difficilis est.*
13. Tūne rēctius scrībis quam Mārcus? *Certē rēctius scrībō quam ille!*

CAPITVLVM XIX

PENSVM A

Ante X annōs Iūlius apud parentēs suōs habit*ābat* nec uxōrem hab*ēbat*. Iūlius et Aemilia Rōmae habit*ābant*. Iūlius Aemiliam am*ābat* nec ab eā am*ābātur*. Ea numquam Iūlium salūt*ābat* cum eum vid*ēbat*, quamquam ipsa ab eō salūt*ābātur*. Aemilia epistulās Iūliī nōn leg*ēbat* nec dōna eius accipi*ēbat*, sed omnia remitt*ēbat*.

Iūlius: "Tunc ego tē am*ābam* nec ā tē am*ābar*, nam tū alium virum am*ābās* nec ab eō am*ābāris*. Ego miser er*am* et tū misera er*ās*.Tunc apud parentēs nostrōs habit*ābāmus*. Tū et parentēs tuī in parvā domō habit*ābātis*. Vōs ā mē salūt*ābāminī*, quamquam pauperēs er*ātis*."

PENSVM B

Iūlius, quī *marītus* Aemiliae est, *uxōrem* suam nec *ūllam* aliam fēminam amat. Quīntus *minor* quam Mārcus et *māior* quam Iūlia est.

Tēctum peristȳlī XVI altīs *columnīs* sustinētur. Inter columnās III *signa* stant. Iūnō, *coniūnx* [= uxor] Iovis, *dea* mātrōnārum est. Nēmō deōrum *pēior* marītus est quam Iuppiter. Inter omnēs deōs Iuppiter *pessimus* marītus est.

Ante X annōs Aemilia nōn mātrōna, sed *virgō* erat. Tunc Iūlius *adulēscēns* XXII annōrum erat. Pater Iūliī vir *dīves* [= pecūniōsus] erat. Quī nōn dīves, sed *pauper* est, in parvā *domō* habitat. Rōmae multī hominēs habitant, *plūrēs* quam in ūllā aliā urbe. Rōma est urbs *māxima* imperiī Rōmānī.

PENSVM C

1. Quae est coniūnx Iovis? *Iūnō coniūnx est Iovis.*
2. Num Iuppiter bonus marītus est? *Immō malus marītus est Iuppiter.*
3. Cuius fīlius est Cupīdō? *Est fīlius Veneris et Mārtis.*
4. Estne Quīntus māior quam Mārcus? *Quīntus minor est quam Mārcus.*
5. Ubi parentēs Iūliī habitābant? *Parentēs Iūliī Rōmae habitābant.*
6. Cūr Iūlius tunc miser erat? *Quia Aemiliam amābat neque ab eā amābātur.*
7. Cūr Aemilia Iūlium nōn amābat? *Quia alium virum amābat.*
8. Num Iūlius Aemiliam propter pecūniam amābat? *Nōn ita, nam Aemilia virgō pauper erat.*
9. Cūr Aemilia nunc beāta est? *Quia bonum marītum habet.*
10. Hodiēne Aemilia minus pulchra est quam tunc? *Aemilia hodiē tam pulchra est quam tunc erat.*

CAPITVLVM XX

PENSVM A

Mox novus īnfāns in cūnīs Aemiliae er*it*. Aemilia rūrsus īnfantem hab*ēbit*. Tum quattuor līberī in familiā er*unt*. Iūlius et Aemilia quattuor līberōs hab*ēbunt*. Aemilia īnfantem suum am*ābit*. Iūlius et Aemilia īnfantem suum aequē am*ābunt*. Annō post īnfāns prīma verba disc*et* et prīmōs gradūs faci*et*. Īnfāns ambulāns ā parentibus laud*ābitur*.

Aemilia: "Ego īnfantem meum bene cūr*ābō*: semper apud eum man*ēbō*, numquam ab eō discēd*am*." Iūlius: "Certē bona māter er*is*, Aemilia: īnfantem tuum ipsa cūr*ābis* nec eum apud nūtrīcem relinqu*ēs*." Aemilia: "Etiam nocte apud īnfantem er*ō*, semper cum eō dormi*am*. Nōs et īnfāns in eōdem cubiculō dormi*ēmus*." Iūlius: "Nōn dormiēmus, sed vigil*ābimus*! Nam certē ab īnfante vāgiente excit*ābimur*!" Aemilia: "Ego excit*ābor*, tū bene dorm*iēs* nec excit*āberis*!"

PENSVM B

Parvulus puer quī in *cūnīs* iacet *īnfāns* appellātur. Īnfāns quī cibō *caret* magnā vōce *vāgit*. Nōn pānis, sed *lac* cibus īnfantium est. Nūtrīx est *mulier* [= fēmina] quae nōn suum, sed *aliēnum* īnfantem *alit*. Multae mātrēs īnfantēs suōs ipsae alere *nōlunt*.

Marītus et uxor iam nōn dē tempore praeteritō *colloquuntur*, sed dē tempore *futūrō*. Aemilia: "Cūr tū fīlium habēre *vīs*, Iūlī? Ego alteram fīliam habēre *volō*, plūrēs quam duōs fīliōs *nōlō* [= nōn volō]. Vōs virī fīliōs tantum *vultis*! Fīliōs *magis* dīligitis quam fīliās!" Iūlius *silet* [= tacet]. Aemilia īrāta *gradum* adversus ōstium facit, sed Iūlius: "*Manē* hīc apud mē!" inquit, "*Nōlī* discēdere!" Aemilia manet ac loquī *pergit*: "Bona māter apud īnfantem suum manēre *dēbet*, hoc mātris *officium* est. Nēmō enim īnfantem melius *cūrāre* potest quam māter ipsa."

PENSVM C

1. Ubi parvulus īnfāns cubat? *In cūnīs cubat īnfāns.*
2. Quid facit īnfāns quī cibō caret? *Īnfāns quī cibō caret magnā vōce vāgit.*
3. Quid est cibus īnfantium parvulōrum? *Parvulī īnfantēs lacte vīvunt.*
4. Num omnēs īnfantēs ā mātribus suīs aluntur? *Multae mātrēs īnfantēs suōs alere nōlunt.*
5. Quae sunt prīma verba īnfantis? *Prīma verba īnfantis sunt 'mamma' et 'tata.'*
6. Quandō Aemilia novum īnfantem habēbit? *Post paucōs mēnsēs.*
7. Cūr Aemilia ā marītō suō discēdere vult? *Quia Iūlius dīcit 'sē in aliō cubiculō dormīre velle.'*
8. Cūr Iūlius in aliō cubiculō dormīre vult? *Quia ab īnfante vāgiente excitārī nōn vult.*
9. Quid Aemilia officium mātris esse dīcit? *Dīcit 'officium mātris esse īnfantem suum cūrāre et alere.'*
10. Cūr Syra et Iūlia in hortō nōn manent? *Quia caelum nūbibus ātrīs operītur.*
11. Cūr Iūlia sorōrem habēre nōn vult? *Quia parentēs novam fīliam magis amābunt quam Iūliam.*

CAPITVLVM XXI

PENSVM A

Mārcus ūmidus est, quod per imbrem ambul*āvit*, ac sordidus, quod humī iac*uit*. Discipulī ūmidī sunt, quod per imbrem ambul*āvērunt*, ac sordidī, quod humī iac*uērunt*.

Mārcus: "Ā Sextō puls*ātus* sum." Iūlius: "Nōnne tū Sextum puls*āvistī*?" Mārcus: "Prīmum Sextus mē puls*āvit*, tum ego illum puls*āvī*. Ego et Titus Sextum puls*āvimus*." Iūlius: "Quid? Vōs duo ūnum puls*āvistis*? Et cūr sordida est vestis tua? Humīne iac*uistī*?" Mārcus: "Humī iac*uī*: Sextus mē ten*uit*."

Aemilia: "Quid magister vōs doc*uit* hodiē?" Mārcus: "Magister aliquid recit*āvit*, sed ego initium tantum aud*īvī*." Aemilia: "Cūr nōn omnia aud*īvistī*?" Iūlius: "Mārcus in lūdō dorm*īvit*!" Aemilia: "Audīsne? Pater dīcit 'tē in lūdō dorm*īvisse*'. Tūne vērē dorm*īvistī*?" Mārcus: "Certē dorm*īvī*, māter. Omnēs dorm*īvimus*! Sed paulō post magister laud*āvit* litterās meās." Mārcus mātrī litterās quās Sextus scrīps*it* ostendit. Aemilia: "Tūne ipse hoc scrīps*istī*?" Mārcus: "Ipse scrīps*ī*. Cēterī puerī prāvē scrīps*ērunt*."

PENSVM B

Hodiē māne Mārcus *mundus* erat, vestīmenta eius tam *candida* erant quam nix. Nunc nōn modo *vestis* [= vestīmenta] eius, sed etiam faciēs et manūs et *genua* sordida sunt, atque *cruor* [= sanguis] eī dē nāsō fluit. Nam Sextus, quī tam *validus* est quam bōs, Mārcum pulsāvit sine *causā* (ut ait Marcus). Mārcus, quī *humī* iacuit, tam sordidus est quam *porcus*. Difficile est eum *cognōscere*.

In cubiculō suō Mārcus lavātur et vestem *mūtat*. *Interim* [= dum haec aguntur] Aemilia ātrium intrat et vestīgia puerī *cōnspicit*. Aemilia: "Quid hoc est? *Aliquis* pedibus sordidīs in *solō* mundō ambulāvit!" Mārcus, *postquam* vestem mūtāvit, in ātrium redit. Puer mātrī *tabellam* [= parvam tabulam] Sextī ostendit et 'sē ipsum eās litterās *scrīpsisse*' dīcit. Id quod Mārcus dīcit nōn vērum, sed *falsum* est; Mārcus *mentītur*, sed Aemilia fīliō suō *crēdit*. Iūlius vērō dē verbīs eius *dubitat*; Mārcus patrem suum *fallere* nōn potest.

PENSVM C

1. Cūr Mārcus rediēns ūmidus et sordidus est? *Quia per imbrem ambulāvit et humī iacuit.*
2. Ā quō pulsātus est? *Ā Sextō pulsātus est.*
3. Cūr Mārcus sōlus Sextum vincere nōn potest? *Quia Sextus validior est.*
4. Quōmodo Mārcus sē excūsāre cōnātur? *Dīcit 'sē et Titum cum puerō māiōre pugnāvisse.'*
5. Quid agit Mārcus in cubiculō suō? *Vestem mūtat.*
6. Quid Aemilia in solō cōnspicit? *Vestīgia Mārcī.*
7. Quid tum Iūlius dīcit uxōrī? *Iūlius 'porcum intrāvisse' dīcit.*
8. Quid Mārcus parentibus suīs ostendit? *Mārcus parentibus suīs tabellam ostendit.*
9. Quis litterās quae in eā tabulā sunt scrīpsit? *Sextus eās litterās scrīpsit.*
10. Cūr Iūlius fīlium suum nōn laudat? *Iūlius fīliō suō nōn crēdit.*

CAPITVLVM XXII

PENSVM A

Hōrā nōnā erus ambul*ātum* īre solet. Tabellāriī nōn mittuntur pecūniam postul*ātum*. Hostēs castra expugn*ātum* veniunt. Multī barbarī Rōmam veniunt habit*ātum*.

Syra: "Verba medicī difficilia sunt aud*ītū*." Ea rēs est fac*tū* facilis. Nōmen barbarum difficile dic*tū* est.

Verba: terrēre, *terru*isse, *territ*um; claudere, *claus*isse, *claus*um; dīcere, *dīx*isse, *dict*um; solvere, *solv*isse, *solūt*um; rumpere, *rūp*isse, *rupt*um; aperīre, *aperu*isse, *apert*um; vincīre, *vinx*isse, *vinct*um; pellere, *pepul*isse, *puls*um; scindere, *scid*isse, *sciss*um; venīre, *vēn*isse; posse, *potu*isse.

PENSVM B

Iānua cōnstat ē duābus *foribus*, quae in *cardinibus* vertuntur. Ōstiārius vel *iānitor* dīcitur servus quī hominēs in vīllam *admittit*. Canis eius prope tam *ferōx* quam lupus est; itaque necesse est eum catēnā *ferreā* [< ferrum] *vincīre*. Ānulus Lȳdiae nōn ex ferrō, sed ex *aurō* factus est. Servus quī epistulās fert *tabellārius* dīcitur, nam *anteā* epistulae in tabellīs scrībēbantur.

Tabellārius *extrā* iānuam stat. Iānitor, quī intrā iānuam sedet, tabellārium dē cane ferōcī *monet*: "Cavē! Canis tē *mordēbit*!" In solō intrā *līmen* scrīptum est '*Cavē* canem' īnfrā *imāginem* canis. "Nec haec *imāgō* nec canis vērus mē *terret*" inquit tabellārius, ac propius ad canem *accēdit*. Canis catēnam *rumpit* et vestem eius dentibus *prehendit*. Tabellārius neque *prōcēdere* neque *recēdere* audet. Iānitor: "*Quīn* prōcēdis? Ego tē intrāre *sinō*!" Sīc iānitor hominem territum *dērīdet*. Ille alterum gradum facit, sed canis eum ex ōstiō *pellit*. Tlēpolemus tōtō corpore *tremēns* ex ōstiō *cēdit*. *Tandem* [= postrēmō] iānitor canem vincit.

PENSVM C

1. Quid est iānitōris officium? *Iānitōris officium est vīllam cūstōdīre.*
2. Cūr necesse est canem eius vincīre? *Quia canis ferōx est.*
3. Ex quā māteriā cōnstat iānua? *Iānua ē lignō cōnstat.*
4. Vulcānus quis est? *Vulcānus est deus fabrōrum.*
5. Quid in solō intrā līmen vidētur? *Intrā līmen vidētur imāgō canis.*
6. Quid tabellārius sēcum fert? *Tabellārius epistulās fert.*
7. Unde venit Tlēpolemus et quem quaerit? *Tūsculō venit et Iūlium, patrem Mārcī, quaerit.*
8. Quōmodo iānitor ē somnō excitātur? *Cane latrante excitātur iānitor.*
9. Quid agit Iūlius post merīdiem? *Post merīdiem Iūlius dormītum it.*

10. Cūr canis saliēns catēnā nōn retinētur? *Quia catēna rumpitur.*
11. Quid facit iānitor antequam tabellārius intrat? *Canem vincit.*

CAPITVLVM XXIII

PENSVM A

Mārcus: "Posthāc bonus puer futūrus sum et vōbīs pāritūrus sum." Mārcus prōmittit 'sē bonum puerum futūrum esse et sē parentibus pāritūrum esse.' Aemilia putat Mārcum ā Iūliō verberātum īrī, sed Iūlius 'sē epistulam scrīptūrum esse' dīcit.

Verba: dūcere, dūxisse, ductum; legere, lēgisse, lēctum; mittere, mīsisse, missum; inclūdere, inclūsisse, inclūsum; facere, fēcisse, factum; ferre, tulisse, lātum; afferre, attulisse, allātum; trādere, trādidisse, trāditum; perdere, perdidisse; ostendere, ostendisse; fugere, fūgisse.

PENSVM B

Iānitor dominō epistulam *trādit* [= dat]. Iūlius *signum* rumpit; iam signum *integrum* nōn est. Mārcus *pallidus* et tremēns *vultum* patris legentis aspicit. Epistula magistrī omnem rem *plānam* facit. Iūlius: "Sextī est haec tabula; num hoc *negāre* audēs?" Puer nihil negat, sed omnia *fatētur*. Iūlius: "Indignum est *factum* tuum. Nōnne tē *pudet* factī tuī?" Mārcus, quī paulō ante *ob* timōrem pallēbat, iam *rubet* ob *pudōrem*. Mārcus: "*Posthāc* semper bonus puer erō, hoc vōbīs *prōmittō!*"

Hodiē Mēdus Mārcum ad lūdum *comitārī* nōn potuit, nam *herī* domō fūgit; itaque Mārcus sine *comite* ambulāvit. Magister pecūniam quam Iūlius eī *dēbet* postulat. Iūlius: "Magistrō pecūniam *solvere* nōlō, neque enim is mercēdem *meret*. Pecūniam meam *perdere* nōlō."

PENSVM C

1. Ā quō epistula missa est? *Ā magistrō Diodōrō.*
2. Quōmodo Iūlius epistulam aperit? *Signum rumpit.*
3. Quid magister scrīpsit dē Mārcō? *Magister 'Mārcum discipulum improbum esse' scrīpsit.*
4. Cuius nōmen in tabulā īnscrīptum est? *Nōmen Sextī īnscrīptum est in tabulā.*
5. Quam ob rem rubet Mārcus? *Mārcus rubet ob pudōrem: quia eum pudet factī suī.*
6. Negatne Mārcus sē malum discipulum fuisse? *Puer 'sē malum puerum fuisse' fatētur.*
7. Quid Mārcus parentibus prōmittit? *Prōmittit 'sē posthāc bonum puerum futūrum esse.'*
8. Quō Dāvus puerum dūcit? *Dāvus eum in cubiculum eius dūcit.*
9. Quārē Iūlius surgit? *Epistulam scrīptūrus est.*
10. Quid Iūlius magistrō respondēbit? *Respondēbit 'sē mercēdem solvere nōlle.'*
11. Cūr mercēdem solvere nōn vult? *Quia magister mercēdem nōn meruit.*

CAPITVLVM XXIV

PENSVM A

Mārcus rediēns sordidus erat quod humī iacuerat et cruentus quod Sextus eum pulsāverat. Puerī in viā pugnāverant. Tergum Mārcō dolēbat quod magister eum verberāverat. Mārcus ā magistrō verberātus erat quod in lūdō dormīverat nec magistrum recitantem audīverat. Mārcus: "Magister mē verberāvit quod in lūdō dormīveram nec eum recitantem audīveram, sed mē laudāvit quod bene computāveram et scrīpseram."

Verba: lavāre, lāvisse, lautum; vidēre, vīdisse, vīsum; mordēre, momordisse, morsum; dare, dedisse, datum; reprehendere, reprehendisse, reprehēnsum; frangere, frēgisse, frāctum; cognōscere, cognōvisse, cognitum; nōscere, nōvisse; lūdere, lūsisse; cadere, cecidisse; īre, iisse; cupere, cupīvisse; velle, voluisse; loquī, locūtum esse; fatērī, fassum esse.

PENSVM B

Puer *aegrōtus* [= aeger] dormīre nōn potest sīve in *latere* dextrō iacet sīve in *laevō* [= sinistrō]. Itaque surgere cōnātur, sed in lectō *recumbit*, nam pēs *dēnuō* [= rūrsus] dolēre incipit. Mārcus clāmat et forem valdē *percutit* [= pulsat], ita puer inclūsus forem *frangere* cōnātur. Quīntus clāmōrem et *strepitum* audit et Syram vocat; quae *continuō* accurrit. Puer dīcit 'pedem *sibi* dolēre': "Pēs mihi dolet, ob *dolōrem* dormīre nōn possum. Fortasse *os* crūris frāctum est." Syra: "Nōlī *flēre!*" Quīntus: "Nōn fleō, *etsī* [= quamquam] dolōrem gravem *patior*."

PENSVM C

1. Cūr Quīntus mīrātur pedēs suōs aspiciēns? *Quia pēs dexter māior est quam pēs sinister.*
2. Quam ob rem pēs eius aegrōtat? *Quia dē arbore cecidit.*
3. Estne frāctum os crūris? *Os eius integrum est.*
4. Quārē Mārcus forem frangere cōnātur? *Ita Mārcus ē cubiculō exīre cōnātur.*
5. Quid Syra Quīntō nārrat dē Mārcō? *Syra nārrat 'Quīntum in cubiculō inclūsum esse.'*
6. Cūr Mārcus rediēns cruentus erat? *Quia ā Sextō pulsātus erat.*
7. Quārē Mēdus ē vīllā fūgit? *Quod amīcam suam vidēre cupīvit.*
8. Quid Syra dē cane iānitōris putat? *Syra canem lupō ferōciōrem esse putat.*
9. Cūr canis Quīntum dīligit? *Quia puer canī multa ossa dedit et saepe cum eō lūsit.*
10. Cūr Iūlius Mārcum nōn verberāvit? *Quia Mārcus iam bis verberātus erat ā magistrō.*

CAPITVLVM XXV

PENSVM A

Mēdus (ad Lӯdiam): "In Graeciam ībō. Comit*āre* mē! Proficīsc*ere* mēcum! Hoc mihi pollic*ēre*! Oblīvīsc*ere* Rōmae! Ōscul*āre* mē!"

Mēdus (ad nautās): "Iam proficīsc*iminī*, nautae! Ventus secundus est: intu*ēminī* caelum! Laet*āminī*!"

Verba: trahere, *trāx*isse, *tract*um; petere, *petīv*isse, *petīt*um; quaerere, *quaesīv*isse, *quaesīt*um; occīdere, *occīd*isse, *occīs*um; relinquere, re*līqu*isse, re*lict*um; interficere, inter*fēc*isse, inter*fect*um; cōnstituere, cōn*stitu*isse, cōn*stitūt*um; dēserere, *dēseru*isse, *dēsert*um; cōnspicere, cōn*spex*isse, cōn*spect*um; incipere, *coep*isse, *coept*um; reddere, red*did*isse, red*dit*um; reperīre, *repper*isse, *repert*um; iubēre, *iuss*isse, *iuss*um; gerere, *gess*isse, *gest*um; iacere, *iēc*isse, *iact*um; regere, *rēx*isse, *rēct*um; cōnscendere, cōn*scend*isse; accēdere, ac*cess*isse; proficīscī, pro*fect*um esse; sequī, *secūt*um esse; oblīvīscī, ob*līt*um esse.

PENSVM B

Quīntus *fābulam* dē lupō et *agnō* audīre nōn vult nec fābulam dē Achille, quī Hectorem *interfēcit* et corpus eius mortuum post *currum* suum circum *moenia* [= mūrōs] Trōiae *trāxit*.

Labyrinthus est magnum *aedificium* unde nēmō exīre potest, etsī iānua *patet*. Thēseus, quī patrem Mīnōtaurī, *taurum* album, iam necāverat, Mīnōtaurum ipsum quoque *necāre* [= interficere] *cōnstituit*. Antequam Thēseus, ad pugnam *parātus*, labyrinthum intrāvit, Ariadna, fīlia *rēgis*, eī *fīlum* longum dedit. Ita Ariadna Thēseō *auxilium* tulit, nam ille fīlum sequēns *exitum* labyrinthī repperit. Post *necem* Mīnōtaurī Thēseus cum Ariadnā Naxum nāvigāvit atque *ibi* [= illīc] eam *dēseruit* [= relīquit]. Ariadna ab altō *saxō* prōspiciēbat, sed *brevī* [= mox] nāvis Thēseī ē *cōnspectū* eius abiit. Puella misera in *lītus* dēscendit, ubi *hūc* et *illūc* currēns capillum scindēbat, ut faciunt eae quae *maerent*. Thēseus post *mortem* patris multōs annōs Athēnās *rēxit*.

PENSVM C

1. Quid fēcit Achillēs? *Achillēs Hectorem interfēcit.*
2. Quid fēcit Rōmulus? *Rōmulus prīmōs mūrōs Rōmānōs aedificāvit.*
3. Quālem fābulam Quīntus audīre cupit? *Fābulam dē mōnstrō ferōcī audīre cupit.*
4. Ubi habitābat Mīnōtaurus? *In magnō labyrinthō.*
5. Quid est labyrinthus? *Labyrinthus est aedificium unde difficile est exīre.*
6. Quid Mīnōtaurus edēbat? *Hominēs edēbat.*
7. Cūr tot Athēniēnsēs ad eum mittēbantur? *Quia fīlius Mīnōis ab Athēniēnsibus necātus erat.*
8. Quis Athēniēnsēs ā Mīnōtaurō servāvit? *Thēseus Mīnōtaurum occīdit et cīvēs suōs servāvit.*
9. Quōmodo Thēseus exitum labyrinthī repperit? *Theseus fīlum Ariadnae secūtus est.*
10. Sōlusne Thēseus ē Crētā profectus est? *Thēseus nōn sōlus, sed cum Ariadnā profectus est.*
11. Ubi Thēseus Ariadnam relīquit? *Naxī eam relīquit.*
12. Ā quō mare Aegaeum nōmen habet? *Ā rēge Aegeō.*

CAPITVLVM XXVI

PENSVM A

Nāvēs necessāriae sunt ad nāvi*gandum*. Iūlia dēlectātur in hortō ambul*andō* et flōrēs carp*endō*. Mēdus cōnsilium fugi*endī* excōgitāvit; Lӯdia eum iūvit in fugi*endō*. Paulum satis est ad beātē vīv*endum*.

Verba: iungere, *iūnx*isse, *iūnct*um; fīgere, *fīx*isse, *fīx*um; mergere, *mers*isse, *mers*um; ūrere, *uss*isse, *ust*um; movēre, *mōv*isse, *mōt*um; capere, *cēp*isse, *capt*um; invenīre, in*vēn*isse, in*vent*um; cōnsīdere, cōn*sēd*isse; iuvāre, *iūv*isse; accidere, *accid*isse.

PENSVM B

Daedalus exitum labyrinthī *invenīre* [= reperīre] nōn poterat nec *quisquam* [= ūllus homō] eum in fugiendō *iuvāre* poterat. *Quoniam* igitur aliae viae clausae erant, vir *audāx* [= audēns] per āera *effugere* cōnstituit. *Cōnsilium* patris fīlium dēlectāvit. Tum Daedalus ālās cōnfēcit ex *pennīs* quās cērā iūnxit et in lacertīs *fīxit*. Postquam hoc *opus* perfēcit, Daedalus fīlium suum *artem* volandī docuit: "*Imitāre* mē! Movē ālās *sūrsum deorsum* hōc modō! Ars volandī *haud* [= nōn] difficilis est. Sed antequam hinc *ēvolāmus*, hoc tē moneō: nōlī volāre in *īnfimō* āere prope mare nec in *summō* āere prope sōlem. Iam sequere mē! *Carcerem* nostrum relinquimus, *līberī* sumus!"

Īcarus in summum caelum ascendēns nōn sōlum Graeciam, *vērum* [= sed] etiam Asiam ac *paene* tōtum *orbem* terrārum dēspiciēbat. Tum vērō id quod pater timuerat *accidit* [= factum est]: *ignis* sōlis propinquī cēram *mollīvit* atque pennās *ussit*.

Ecce fābula mīrābilis dē puerō *temerāriō* quī *lībertātem* quaerēns mortem invēnit.

PENSVM C

1. Quis Daedalum in labyrinthum inclūdī iussit? *Rēx Mīnōs eum inclūdī iussit.*
2. Quōmodo Daedalus effugere cōnstituit? *Daedalus per āera effugere cōnstituit.*
3. Cūr hominēs volāre nōn possunt? *Quia ālīs carent.*
4. Ex quibus rēbus Daedalus ālās cōnfēcit? *Ex pennīs et cērā ālās cōnfēcit.*
5. Cūr ālae Īcarum sustinēre nōn poterant? *Quia ālās hūc illūc mōvit, nōn sūrsum deorsum.*
6. Quid pater et fīlius volantēs vīdērunt? *Multās īnsulās Graecās vīdērunt.*
7. Estne Peloponnēsus magna īnsula? *Nōn īnsula, sed paenīnsula est Peloponnēsus.*
8. Quārē Īcarus in summum caelum ascendit? *Īcarus sōlem prope aspicere cupīvit.*
9. Quid tum puerō accidit? *In mare cecidit.*
10. Ubi corpus puerī inventum est? *In īnsulā Īcariā.*
11. Num haec fābula dēlectandī causā modo nārrātur? *Fābula dē Īcarō etiam monendī causā nārrātur.*

CAPITVLVM XXVII

PENSVM A

Iūlius colōnō imperat ut mercēdem solv*at*. Ille dominum ōrat ut patientiam habe*at*: "Nōlī postulāre ut tantam pecūniam statim solv*am*!" Dominus colōnō imperat ut tace*at* et surg*at*, tum "Prīmum cūrā" inquit "ut uxor et līberī tuī vale*ant*, tum vērō cūrā ut agrōs bene col*ās* et mercēdem solv*ās*!" Dominus colōnōs monet ut labōr*ent* nēve quiēsc*ant*: "Moneō vōs ut labōr*ētis* nēve quiēsc*ātis*."

Māter fīliam monet ut cauta s*it*: "Moneō tē ut cauta s*īs*!" Fābula nōs monet nē temerāriī s*īmus*.

Verba: spargere, *spars*isse, *spars*um; rapere, *rapu*isse, *rapt*um; neglegere, *neglēx*isse, *neglēct*um; dēsinere, *dēsi*isse; quiēscere, *quiēv*isse; crēscere, *crēv*isse; poscere, *poposc*isse; prōdesse, *prōfu*isse.

PENSVM B

Mēnse Augustō *frūmentum* metitur, deinde *agrī* arantur et novum frūmentum *seritur*. Agricola quī *arat* post arātrum ambulat duōs bovēs *prae* [= ante] sē agēns; arātrum est *īnstrūmentum* quō agrī arantur. Agricola quī serit nūllō īnstrūmentō *ūtitur* et sēmen manū *spargit*. Quī *metit* falce ūtitur. Agricola est vir cuius *negōtium* est agrōs *colere*. Ex Aegyptō, quae terra *fertilis* est, magna *cōpia* frūmentī in Italiam *invehitur*.

Frūgēs vīneārum sunt *ūvae* ex quibus *vīnum* efficitur. *Calor* sōlis vīneīs *prōdest*, *frīgus* [↔ calor] vīneīs *nocet*.

Iūlius in *praediō* suō Albānō nōn labōrat, sed *quiēscit*. *Rūs* quiētum et *amoenum* [= pulchrum] eum dēlectat. Colōnus aliēnōs agrōs *prō* dominō absentī colit.

Pāstor est vir quī pecus *pāscit* et cūrat. *Cūra* pecoris magnum negōtium est, nōn *ōtium*, ut pigrī pāstōrēs *exīstimant* [= cēnsent]. Pāstōrēs nōn tam industriē *labōrant* quam agricolae. Pāstōris officium est cūrāre *nē* ovēs aberrent *nēve* [= et nē] ā lupō rapiantur.

PENSVM C

1. Quid est negōtium agricolae? *Negōtium agricolae est agrōs colere.*
2. Quandō frūmentum metitur? *Mēnse Augustō metitur.*
3. Num arātor ipse arātrum trahit? *Nōn arātor ipse, sed bovēs arātrum trahunt.*
4. Quid est pābulum pecoris? *Pābulum pecoris est herba.*
5. Unde frūmentum in Italiam invehitur? *Ex Āfricā invehitur frūmentum.*
6. Quae regiō Āfricae fertilissima est? *Aegyptus est regiō Āfricae fertilissima.*
7. Cūr necesse est agrōs rigāre? *Quia solum nimis siccum est.*
8. Quae sunt frūgēs vīneārum? *Frūgēs vīneārum sunt ūvae.*
9. Num Iūlius ipse in agrīs labōrat? *Iūliō necesse nōn est in agrīs labōrāre.*
10. Omnēsne colōnī mercēdem solvērunt? *Ūnus colōnus mercēdem nōndum solvit.*
11. Quot sēstertiōs colōnus Iūliō dēbet? *Octingentōs.*
12. Num uxor colōnī officium suum neglegit? *Uxor eius officium suum nōn neglegit; gravida est.*
13. Quid est officium pāstōris? *Officium eius est ovēs pāscere.*
14. Estne Iūlius dominus inhūmānus? *Iūlius dominus sevērus est, nec vērō inhūmānus.*

CAPITVLVM XXVIII

PENSVM A

Servus dominum ōrābat nē sē verberā*ret*, sed dominus imperāvit ut tacē*ret* et surg*eret*, tum aliīs servīs imperāvit ut eum prehend*erent* et tenē*rent*.

Mēdus ā dominō fūgit, ut amīcam suam vidē*ret* et semper cum eā es*set*. Mēdus: "Ā dominō fūgī, ut amīcam meam vidē*rem* et semper cum eā es*sem*."

Mīnōs imperāvit ut Daedalus et Īcarus in labyrinthum inclū*derentur*. Īcarus: "Quis imperāvit ut nōs inclū*derēmur*?" Daedalus: "Mīnōs imperāvit ut ego inclū*derer* et ut tū mēcum inclū*derēris*."

Verba: dīvidere, *dīvīs*isse, *dīvīs*um; ēicere, *ēiēc*isse, ē*iect*um; prōmere, *prōmps*isse, *prōmpt*um; vīvere, *vīx*isse; discere, *didic*isse; persuādēre, per*suās*isse; surgere, *surrēx*isse.

PENSVM B

Lȳdia Rōmae vīvere *māvult* quam in Graeciā, sed Mēdus multīs prōmissīs eī *persuāsit* ut sēcum proficīscerētur. In Italiā Mēdus dominō sevērō *serviēbat*.

Nāvis nōndum extrā *perīculum* est. Multa perīcula nautīs *impendent*. *Praedōnēs* maritimī nāvēs persequuntur; nūllum mare *tūtum* est ā praedōnibus.

Hominēs mortālēs nāscuntur et *moriuntur*, diī vērō *immortālēs* sunt. Nūllus deus Rōmānus hominem mortuum ab Īnferīs *suscitāre* [= excitāre] potest, nē Iuppiter quidem tantam *potestātem* habet, etsī ille deus māximus *habētur* [= exīstimātur]. Trēs diī ūniversum *mundum* inter sē dīvīsērunt.

Chrīstus in oppidō Bethlehem *nātus* est. Ille verbīs sōlīs efficiēbat ut hominēs *caecī* vidērent, *surdī* audīrent, *mūtī* loquerentur, *claudī* ambulārent.

PENSVM C

1. Fretum Siculum quid est? *Est fretum angustum, quod Siciliam ab Italiā disiungit.*
2. Ubi nātus est Chrīstus? *In oppidō Bethlehem.*
3. Quid Iaīrus Chrīstum rogāvit? *Chrīstum rogāvit, ut fīliam suam mortuam suscitāret.*
4. Quae perīcula nautīs impendent? *Tempestātēs, saxa, praedōnēs sunt perīcula quae nautīs impendent.*
5. Cūr nautae praedōnēs maritimōs metuunt? *Praedōnēs nāvēs persequuntur, ut mercēs et pecūniam rapiant.*
6. Quālī dominō Mēdus in Italiā serviēbat? *Mēdus dominō sevērō serviēbat.*
7. Quārē Mēdus ā dominō suō fūgit? *Quia in patriam suam revertī cupīvit cum amīcā suā.*
8. Num Lȳdia laetō animō Rōmā profecta est? *Lȳdia trīstī animō profecta est, quia amīcās suās relīquit.*

9. Quōmodo Mēdus eī persuāsit ut sēcum venīret? *Mēdus eī dōnō pulcherrimō persuāsit.*
10. Cūr Mēdus nescit quid respondeat? *Quia pecūniā dominī suī ānulum ēmit.*
11. Quem Mēdus accēdere videt? *Mercātōrem videt.*
12. Tūne in Graeciā vīvere māvīs quam in patriā tuā? *Mālō in patriā meā vīvere.*

CAPITVLVM XXIX

PENSVM A

Magister puerōs monet *ut* pulchrē scrīb*ant*. Sextus tam pulchrē scrībit *ut* magister eum laud*et*. Magister ipse calamum sūmit, *ut* litterās scrīb*at*.

Daedalus ālās cōnfēcit *ut* ē labyrinthō ēvol*āret*. Īcarus tam altē volāvit *ut* sōlī appropinqu*āret*, quamquam pater eum monuerat *nē* temerārius es*set*.

Herī Quīntus arborem ascendit, *ut* nīdum quaer*eret*, etsī pater eum monuerat *ut* cautus es*set*. Medicus Quīntō imperāvit *ut* oculōs claud*eret*, *nē* cultrum medicī vid*ēret*. Quīntus tam pallidus erat *ut* Syra eum mortuum esse put*āret*.

Sōl ita lūcēbat *ut* pāstor umbram pet*eret*, *nē* in sōle ambul*āret*.

Tantus atque tālis deus est Iuppiter *ut* Optimus Māximus appell*ētur*.

Verba: vehere, *vēx*isse, *vect*um; pōnere, *posu*isse, *posit*um; āmittere, *āmīs*isse, *āmiss*um; allicere, *allēx*isse, *allect*um; ēripere, *ēripu*isse, *ērept*um; secāre, *secu*isse, *sect*um; suādēre, *suās*isse; dēsilīre, dē*silu*isse; canere, *cecin*isse; crēdere, *crēdid*isse; cōnfitērī, cōn*fess*um esse; lābī, *lāps*um esse.

PENSVM B

Orpheus, fidicen *nōbilis*, tam pulchrē canēbat ut ferae *appropinquārent* [= prope venīrent] ac fluviī cōnsisterent. Etiam ad *Īnferōs* dēscendit, ut *inde* [= illinc] uxōrem suam *redūceret*. Nēmō tam *ignārus* est ut Orpheum ignōret.

Arīōn quoque omnibus *nōtus* est. Cum ille magnās *dīvitiās* sēcum in nāve habēret, nautae pauperēs hominī dīvitī *invidēbant* eumque necāre cōnstituērunt. Arīōn, cum *vītam* suam in perīculō esse sentīret, pecūniam nautīs *dōnāvit* [= dedit] eōsque ōrāvit ut sibi *parcerent*. Precibus *permōtī* nautae eī permīsērunt ut ante mortem *carmen* caneret. Hōc factō Arīōn in mare *dēsiluit*; sed delphīnus eum in *dorsō* sedentem ad lītus vēxit. Ita ille servātus est, cum iam salūtem *dēspērāret*. Nautae, cum Arīonem *appārēre* [= in cōnspectum venīre] vidērent, *prōtinus* [= statim] *maleficium* suum cōnfessī sunt.

PENSVM C

1. Quōmodo mercātōrēs lucrum faciunt? *Lucrum faciunt mercēs emendō et māiōre pretiō vēndendō.*
2. Cūr mercātor Rōmānus trīstis est? *Quia mercēs eius ēiectae sunt.*
3. Quārē mercēs ēiectae sunt? *Mercēs ēiectae sunt, nē nāvis mergerētur.*
4. Quid mercātor deōs precātur? *Deōs precātur ut mercēs sibi reddant.*
5. Quārē ad Īnferōs dēscendit Orpheus? *Ut uxōrem suam inde redūceret.*
6. Num nautae Arīonem gladiīs interfēcērunt? *Nōn ita, sed imperāvērunt ut in mare dēsilīret.*
7. Quōmodo Arīōn servātus est? *Delphīnus eum ad lītus vēxit.*
8. Quid nōs monet haec fābula? *Fābula nōs monet nē umquam salūtem dēspērēmus.*
9. Cūr Polycratēs ānulum suum abiēcit? *Quia sē nimis fēlīcem exīstimābat.*
10. Ubi ānulus eius inventus est? *In ventre piscis.*

CAPITVLVM XXX

PENSVM A

Syra: "Iam dormī, Quīnte! Cum bene dormīv*eris*, valēbis." Quīntus: "Nōn dormiam antequam tū mihi fābulam nārrāv*eris*. Cum fābulam audīv*erō*, bene dormiam. Cum bene dormīv*erō*, brevī sānus erō, nisi medicus mē necāv*erit*!"

Patria salva erit sī mīlitēs nostrī fortiter pugnāv*erint*. Dux: "Nisi vōs fortiter pugnāv*eritis*, mīlitēs, hostēs castra nostra expugnābunt." Mīlitēs: "Num quid nōbīs dabitur, sī fortiter pugnāv*erimus*?"

Verba: induere, *indu*isse, *indūt*um; ēligere, ē*lēg*isse, ē*lēct*um; coquere, *cox*isse, *coct*um; sternere, *strāv*isse, *strāt*um; fundere, *fūd*isse, *fūs*um; miscēre, *miscu*isse, *mixt*um; exhaurīre, ex*haus*isse, ex*haust*um; revertī, re*vert*isse/re*vers*um esse; ūtī, ūsum esse.

PENSVM B

Iūlius Cornēlium et Orontem, amīcōs et *hospitēs* suōs, cum uxōribus ad *cēnam* vocāvit. Cum hospitēs veniunt, Iūlius in *balneō* lavātur. Aemilia eōs *salvēre* iubet [= salūtat] et marītum suum *tardum* excūsat. Cornēlius ad vīllam suam reversus ōtiō *fruitur*. Orontēs, quī ex longō *itinere* revertit, vītam rūsticam nōn *iūcundam*, sed *molestam* esse cēnset. Hospitēs in ātriō exspectant, dum cibus *coquitur*. Servus quī in *culīnā* cibum coquit, *cocus* appellātur. In *trīclīniō* sunt trēs lectī: lectus summus, medius, *īmus*; in singulīs lectīs *singulī* aut *bīnī* aut ternī *convīvae* accubant. Rōmānī in lectīs cubantēs *cēnant*.

Tandem puer 'cēnam parātam esse' *nūntiat*. In mēnsā sunt *vāsa* et pōcula ex *argentō* facta. Cibus omnibus *placet*, māximē autem *carō* laudātur. *Ministrī* [= servī] vīnum in pōcula *fundunt*. Orontēs vīnum merum *pōtat* [= bibit], cēterī convīvae aquam vīnō *miscent*.

Sine cibō homō *diū* vīvere potest, sine aquā *paulisper* tantum. *Famēs* mala rēs est, sed multō pēior est *sitis*. Ex malīs minimum *ēligere* oportet.

PENSVM C

1. Quī sunt Cornēlius et Orontēs? *Amīcī et hospitēs Iūliī sunt.*
2. Ubi est Iūlius cum hospitēs adveniunt? *In balneō.*
3. Quid est balneum? *Est locus ubi corpus lavātur.*

4. Nōnne iūcunda est vīta rūstica? *Certē vīta rūstica iūcunda est.*
5. Quid est cocī negōtium? *Cocī negōtium est cibum coquere.*
6. Num Rōmānī in sellīs sedentēs cēnant? *Rōmānī nōn in sellīs sedentēs, sed in lectīs cubantēs cēnant.*
7. Quot lectī sunt in triclīniō? *Trēs lectī: summus, medius, īmus.*
8. Quot convīvae in singulīs lectīs accubant? *In singulīs lectīs singulī aut bīnī aut ternī convīvae accubant.*
9. Ex quā māteriā pōcula et vāsa facta sunt? *Ex argentō.*
10. Tūne vīnum aquā calidā mixtum bibis? *Vīnum merum bibere soleō.*

CAPITVLVM XXXI

PENSVM A

In hīs exemplīs syllabae quae dēsunt add*endae* sunt:

Mercēs ad diem solv*enda* est. Quī fūrtum fēcit pūni*endus* est. Quidquid dux imperāvit mīlitibus faci*endum* est. Quid magis opt*andum* est quam vīta beāta? Ē malīs minimum ēlig*endum* est. In perīculīs dēspēr*andum* nōn est. Pater dīcit 'fīlium pūni*endum* esse, nōn laud*andum*.'

Verba: tangere, *tetig*isse, *tāct*um; accipere, ac*cēp*isse, ac*cept*um; auferre, *abstul*isse, *ablāt*um; statuere, *statu*isse, *statūt*um; bibere, *bib*isse; audēre, *aus*um esse.

In exemplīs quae sequuntur vocābula add*enda* sunt.

PENSVM B

Herī Mēdus ā dominō *aufūgit* aliquantum pecūniae sēcum *auferēns*. Mēdus dominum suum nōn amat, sed *ōdit*. Iūlius, quī eum Rōmae *latēre* [= occultārī] putat, magnum *praemium* dabit eī quī eum invēnerit *priusquam* [= antequam] Italiam relīquerit. Iūlius dīcit 'mulierēs nimis *clēmentēs* esse ac facile virīs nēquissimīs *ignōscere*.' *Quidquid* dominus imperāvit servō faciendum est. Solō, vir *sapiēns*, Athēniēnsibus *lēgēs* optimās scrīpsit. Patrem suum necāre *scelus* inhūmānum est. Iūlius nōndum *senex* est ut Nestor, sed adhūc *iuvenis* ut Paris ille quī Helenam ā marītō *abdūxit*. "*Quisquis* amat valeat!" cantat Orontēs, quī *ēbrius* est quod *nimium*[= nimis multum] vīnī pōtāvit.

PENSVM C

1. Quis fuit Midās? *Midās fuit rēx avārus, quī aurī cupidus erat.*
2. Quamobrem Midās fame et sitī cruciābātur? *Quia quidquid tetigerat in aurum mūtābātur.*
3. Cūr Iūlius illam fābulam audīre nōn vult? *Iūlius illam fābulam nōvit.*
4. Ubi Cornēlius servum Iūliī vīdit? *In viā Latīnā eum vīdit.*
5. Quantum pecūniae Mēdus sēcum abstulit? *Nōnāgintā sēstertiōs abstulit.*
6. Estne Mēdus adhūc Rōmae? *Mēdus Rōmam iam relīquit.*
7. Quid faciet Iūlius sī Mēdum invēnerit? *Iūlius eum sevērē pūniet.*
8. Quōmodo hominēs ā maleficiīs dēterrentur? *Poenīs sevērīs.*
9. Quam fēminam Paris abdūxit? *Paris Helenam, fēminam pulcherrimam, abdūxisse nārrātur.*
10. Quī hominēs ad bēstiās mittuntur? *Hominēs scelestī ad bēstiās mittuntur.*
11. Cūr Orontēs pedibus stāre nōn potest? *Orontēs sub mēnsam lābitur, quia ēbrius est.*

CAPITVLVM XXXII

PENSVM A

Dominus dubitat num pāstor ovēs bene cūrāv*erit*. Dominus: "Dīc mihi, pāstor, utrum in campō dormīv*eris* an vigilāv*eris*." Pāstor: "Mīror cūr mē interrogēs utrum dormīv*erim* an vigilāv*erim*. Semper officium meum faciō." Dominus: "Ergō dīc mihi cūr herī ovis ē grege aberrāv*erit* ac paene ā lupō capta *sit*." Pāstor mīrātur unde dominus hoc audīv*erit*.

Iūlius servōs interrogat num Mēdum vīd*erint*. Servī: "Nescīmus quō fūg*erit*, ut tibi dīximus. Cūr nōs interrogās num eum vīd*erimus*?" Iūlius: "Id interrogō, quia dubitō vērumne dīx*eritis*!"

Verba: vincere, *vīc*isse, *vict*um; agere, *ēg*isse, *āct*um; flectere, *flex*isse, *flex*um; offerre, ob*tul*isse, ob*lāt*um; redimere, red*ēm*isse, red*ēmpt*um; tollere, *sustul*isse, *sublāt*um; adesse, *affu*isse.

PENSVM B

Priusquam Pompēius, dux *ēgregius* [= optimus], *classī* Rōmānae praepositus est, *cūncta* [= omnia] maria ~~referta~~ infesta erant praedōnibus, quī Rōmānōs ita *contemnēbant* ut etiam portūs Italiae oppugnārent. Tanta erat *vīs* praedōnum ut nēmō iīs *resistere* posset. Nēmō sine metū mortis aut *servitūtis* nāvigābat. *Aliquot* [= complūrēs] īnsulae ab *incolīs* relinquēbantur. Rōmae frūmentum tam *cārum* erat ut multī pauperēs fame (= *inopiā* cibī) perīrent.

Pīrātae, quī *aliquandō* [= aliquō tempore] Caesarem cēperant, XX talenta *seu* [= sīve] D mīlia sēstertium ab eō postulāvērunt, sed Caesar, vir *superbus*, L talenta iīs *obtulit*. Tantō pretiō Caesar *redēmptus* est.

Omnēs amīcī prō beneficiīs *grātiās* agunt, sed paucī posteā *grātiam* referre volunt. Vēra *amīcitia* rāra est. Difficile est beneficiōrum *meminisse*. Fortēs fortūna *adiuvat*.

PENSVM C

1. Cūr Pompēius classī Rōmānae praepositus est? *Quia dux ēgregius erat.*
2. Cūr amīcī nostrī ab alterā nāve fugiunt? *Eam nāvem praedōnum esse putant.*
3. Utrum ventus secundus an adversus est? *Ventus secundus est.*

4. Quantum gubernātor pīrātīs offerre potest? *Decem mīlia sēstertium.*
5. Num ipse tantum pecūniae possidet? *Quod ipse nōn possidet amīcī prō eō solvent.*
6. Quandō vērus amīcus cognōscitur? *In rēbus adversīs cognōscitur vērus amīcus.*
7. Quōmodo Mēdus servus factus est? *Cum pecūniam mūtuam reddere nōn posset, servus factus est.*
8. Cūr Mēdus adhūc nihil nārrāvit dē eā rē? *Nē quis eum glōriōsum exīstimāret.*
9. Suntne praedōnēs quī eōs persequuntur? *Nōn praedōnēs, sed nāvēs longae Rōmānae sunt.*
10. Cūr Mēdus etiamnunc perterritus est? *Mēdus timet nē ā mīlitibus capiātur.*
11. Quō nāvēs longae cursum flectunt? *Nāvēs longae ad orientem cursum flectunt.*

CAPITVLVM XXXIII

PENSVM A

Magister epistulam ad Iūlium scrīpsit, cum Mārcus in lūdō dormīv*isset* nec magistrō pāru*isset*. Sī Mārcus bonus discipulus fu*isset*, magister eum laudāv*isset* nec epistulam scrīps*isset*.

Mārcus: "Herī in cubiculō inclūsus sum, cum pater epistulam tuam lēg*isset*. Nisi tū eam epistulam scrīps*issēs*, ā patre laudātus es*sem*." Magister: "Epistulam scrīpsī cum in lūdō dormīv*issēs* nec mihi pāru*issēs*. Sī industrius fu*issēs*, tē laudāv*issem* nec epistulam scrīps*issem*." Mārcus: "Etiam sī industrius fu*issem* et tibi pāru*issem*, mē nōn laudāv*issēs*!"

Clēmēns es*tō*, domine! Patientiam habē*tō*! Servōs probōs laudā*tō*, sed improbōs pūnī*tō*!

Industriī es*tōte*, servī! Cum dominus loquitur, tacē*tōte* et audī*tōte*! Semper officium faci*tōte*!

Verba: īnstruere, īn*strūx*isse, īn*strūct*um; cōgere, co*ēg*isse, co*āct*um; caedere, *cecīd*isse, *caes*um; convertere, con*vert*isse, con*vers*um; percutere, per*cuss*isse, per*cuss*um; intellegere, *intellēx*isse, *intellēct*um; prōcurrere, prō*curr*isse; dēsistere, dē*stit*isse; prōgredī, prō*gress*um esse.

PENSVM B

Ūna *legiō* cōnstat ex V vel VI mīlibus hominum, quī in X *cohortēs* dīviduntur. Exercitus prōcēdēns *agmen* dīcitur. Exercitus ad *proelium* [= pugnam] īnstrūctus *aciēs* appellātur. Post victōriam dux ā mīlitibus '*imperātor*' nōminātur. Sī mīlitēs fortiter pugnāvērunt, *virtūs* eōrum ab imperātōre laudātur. Officium mīlitis est sanguinem *effundere* prō patriā.

Aemilius, quī in capitulō XII *commemorātus* est, ūnā cum Valeriō, adulēscente eiusdem *aetātis*, in Germāniā *stipendia* meruit. Tabellārius pūblicus XV *ferē* [= circiter] diēbus Rōmā in Germāniam *properāre* [= celeriter īre] potest. Difficile est Alpēs *trānsīre*. Mīlitēs Rōmānī *citrā* Dānuvium sunt, hostēs sunt *ultrā* Dānuvium.

PENSVM C

1. Quae arma gerunt auxilia? *Arma leviōra, ut arcūs sagittāsque, gerunt.*
2. Quid est signum legiōnis? *Signum legiōnis est aquila argentea.*
3. Quōmodo mīlitēs in aciem īnstruuntur? *In trēs ōrdinēs īnstruuntur.*
4. Ad quod studium pater Aemilium hortābātur? *Pater eum ad studium litterārum hortābātur.*
5. Quō Aemilius adulēscēns missus est? *In Germāniam ad exercitum missus est.*
6. Cūr Aemilius epistulās legēns permovētur? *Quia patriam et amīcōs suōs dēsīderat.*
7. Quamobrem ipse paucās epistulās scrīpsit? *Quia paulum eī ōtium fuit ad epistulās scrībendās.*
8. Quī nūntius nocte in castra allātus est? *'Magnum numerum hostium ad castra prōgredī'.*
9. Cūr hostēs castra Rōmāna nōn expugnāvērunt? *Quia Rōmānī castra sua bene dēfendērunt.*
10. Num Tibullus vītam mīlitārem laudat? *Tibullus vītam mīlitārem ōderat.*

CAPITVLVM XXXIV

PENSVM A

Hī versūs in syllabās brevēs et longās et in pedēs dīvidendī sunt notīs appositīs:

Scrībere mē quereris, Vēlōx, epigrammata longa.
— ∪∪| — ∪∪| — —| — ∪∪| — ∪∪| — ∪
Ipse nihil scrībis: tū breviōra facis!
— ∪∪| — —| — ‖ — ∪∪| — ∪∪| —

Dās numquam, semper prōmittis, Galla, rogantī.
— —| — —| — —| — —| — ∪∪| — —
Sī semper fallis, iam rogo, Galla, negā!
— —| — —| — ‖ — ∪∪| — ∪∪| —

Quem recitās meus‿est, ō Fīdentīne, libellus.
— ∪∪| — ∪∪| — —| — —| — ∪∪| — —
Sed male cum recitās, incipit‿esse tuus!
— ∪∪| — ∪∪| — ‖ — ∪∪| — ∪∪| —

Bella's, nōvimus,‿et puella, vērum'st,
— —| — ∪∪| — ∪| — ∪| — —
et dīves, quis‿enim potest negāre?
— —| — ∪∪| — ∪| — ∪| — ∪
Sed cum tē nimium, Fabulla, laudās,
— —| — ∪∪| — ∪| — ∪| — —
nec dīves neque bella nec puella's!
— —| — ∪∪| — ∪| — ∪| — —

PENSVM B

Dum gladiātōrēs *certant* [= pugnant], *spectātōrēs* dēlectātī manibus *plaudunt*. Fēminīs nōn *libet* gladiātōrēs spectāre.

Ovidius in *circō* sedēns ōrābat ut vinceret ille cui amīca eius *favēbat*. Hoc nārrātur in *prīncipiō* [= initiō] carminis. Cum poēta *fātum* [= fortūnam] Priamī canere

vellet, puella in gremiō eius sēdit eīque mīlle bāsia dedit. Ovidius ingenium mulierum bene nōverat.

Lucernīs accēnsīs, Iūlius recitat carmen bellum [= pulchrum] dē passere Lesbiae mortuō: "Lūgēte, ō Venerēs...!" Versibus ultimīs [= postrēmīs] dēmōnstrātur ratiō [= causa] dolōris. Catullus Lesbiam uxōrem dūcere cupiēbat, at illa Catullō nūbere nōluit. Mēns poētae inter amōrem et odium dīvidēbātur.

PENSVM C

1. Quid Rōmānī in amphitheātrō spectant? ~~Cursūs equōrum spectant.~~ Certāmina gladiātōrum
2. Quid Fabia in theātrō spectāvit? *Fabia cōmoediam Plautī spectāvit.*
3. Quis fuit Ovidius? *Ovidius fuit poēta Rōmānus.*
4. Quārē Ovidius in circum vēnerat? *Vēnerat, ut cum amīcā suā sedēret.*
5. Quae carmina recitat Iūlius? *Iūlius carmina Catullī recitat.*
6. Cūr ocellī Lesbiae turgidī rubēbant? *Puella lūgēbat quod passer eius mortuus erat.*
7. Cūr poēta Lesbiam et amābat et ōderat? *Quia Lesbia īnfida erat.*
8. Num sacculus Catullī plēnus erat nummōrum? *Sacculus eius vacuus erat – sīve plēnus arāneārum!*
9. Quid scrīpsit Mārtiālis? *Epigrammata scrīpsit.*
10. Cūr librōs suōs nōn mīsit Pontiliānō? *Nē Pontiliānus suōs librōs mitteret Mārtiālī!*
11. Tūne Cinnam bonum poētam fuisse putās? *Putō eum malum poētam fuisse.*
12. Cūr Laecāniae dentēs niveī erant? *Quia dentēs eius ēmptī erant.*
13. Ex quibus syllabīs cōnstat pēs dactylus? *Dactylus cōnstat ex syllabā longā et duābus brevibus.*
14. Ex quibus pedibus cōnstat hexameter? *Ex quīnque dactylīs et ūnō spondēō.*

CAPITVLVM XXXV

PENSVM A

Dēclīnā haec vocābula:

[1] *āla*, nōmen fēminīnum I dēclīnātiōnis:
Singulāris: nōm. *haec āla*, acc. *hanc ālam*, gen. *huius ālae*, dat. *huic ālae*, abl. *hāc ālā*. Plūrālis: nōm. *hae ālae*, acc. *hās ālās*, gen. *hārum ālārum*, dat. *hīs ālīs*, abl. *hīs ālīs*.

[2] *pēs*, nōmen masculīnum III dēclīnātiōnis:
Singulāris: nōm. *hic pēs*, acc. *hunc pedem*, gen. *huius pedis*, dat. *huic pedī*, abl. *hōc pede*. Plūrālis: nōm. *hī pedēs*, acc. *hōs pedēs*, gen. *hōrum pedum*, dat. *hīs pedibus*, abl. *hīs pedibus*.

[3] *ōrāre*, verbum āctīvum I coniugātiōnis (pers. I sing.):
Indicātīvus: praes. *ōrō*, imperf. *ōrābam*, fut. *ōrābō*, perf. *ōrāvī*, plūsquamperf. *ōrāveram*, fut. perf. *ōrāverō*.
Coniūnctīvus: praes. *ōrem*, imperf. *ōrārem*, perf. *ōrāverim*, plūsquamperf. *ōrāvissem*.

[4] *dīcere*, verbum āctīvum III coniugātiōnis (pers. I sing.):
Indicātīvus: praes. *dīcō*, imperf. *dīcēbam*, fut. *dīcam*, perf. *dīxī*, plūsquamperf. *dīxeram*, fut. perf. *dīxerō*.
Coniūnctīvus: praes. *dīcam*, imperf. *dīcerem*, perf. *dīxerim*, plūsquamperf. *dīxissem*.

Verba: laedere, *laesisse*, *laesum*; plaudere, *plausisse*, *plausum*; parere, *peperisse*, *partum*; retinēre, *retinuisse*, *retentum*; accendere, *accendisse*, *accēnsum*; dēmere, *dēmpsisse*, *dēmptum*; adicere, *adiēcisse*, *adiectum*; sedēre, *sēdisse*; nūbere, *nūpsisse*; sapere, *sapīvisse*.

PENSVM B

Nōmen est pars *ōrātiōnis* quae corpus aut rem significat. *Aemilia* et *Iūlia* nōmina *propria* sunt, *māter* et *fīlia* sunt nōmina *appellātīva*. *Cāsūs* nōminum sunt nōminātīvus, genetīvus, cēt. Gradūs *comparātiōnis* sunt trēs: *positīvus*, comparātīvus, superlātīvus. Adiectīva quae comparantur *quālitātem* aut quantitātem significant. *Amāre* est verbum prīmae *coniugātiōnis*. Interiectiō mentis *affectum*, ut laetitiam vel dolōrem, significat. *Īra* est affectus eius quī īrātus est. Frātrēs geminī tam *similēs* sunt quam ōva.

Synōnyma (vocābula quae idem ferē significant): plānum facere et *explānāre*, fortasse et *forsitan*, ideō et *proptereā*, citrā et *cis*, ecce et *ēn*.

Contrāria (vocābula quae rēs contrāriās significant): commūnis et *proprius*, addere et *dēmere*.

PENSVM C

1. Quae sunt partēs ōrātiōnis? *Nōmen, prōnōmen, verbum, adverbium, (participium), coniūnctiō, praepositiō, interiectiō.*
2. Estne *discipulus* nōmen proprium? *Nōmen appellātīvum est.*
3. Cāsūs nōminum quī sunt? *Nōminātīvus, accūsātīvus, genetīvus, datīvus, ablātīvus, vocātīvus.*
4. Quī sunt gradūs comparātiōnis? *Positīvus, comparātīvus, superlātīvus.*
5. Prōnōmen quid est? *Pars ōrātiōnis quae prō nōmine pōnitur.*
6. Quot sunt coniugātiōnēs verbōrum? *Sunt quattuor.*
7. Num *intus* et *forīs* adverbia temporis sunt? *Nōn adverbia temporis, sed locī sunt.*
8. Cui cāsuī iungitur *inter* praepositiō? *Inter cāsuī accūsātīvō iungitur.*
9. Quae praepositiōnēs ablātīvō iunguntur? *Praepositiōnēs ab/ā, cum, dē, ex/ē, prae, prō, sine, cōram.*
10. Quibus cāsibus iungitur *in* praepositiō? *Ablātīvō aut accūsātīvō.*
11. Interiectiō quid significat? *Interiectiō significat mentis affectum.*

Answer Key

Pars II: Roma Aeterna

LINGVA LATINA PER SE ILLVSTRATA
PARS II: ROMA AETERNA

CAPITVLVM XXXVI

PENSVM A

Dē cāsū genetīvō

Urbs Rōma, quae caput orb*is* terr*ārum* vocātur, in rīpā Tiber*is* flūmin*is* sita est XVI mīlia pass*uum* ā marī. In Capitōliō est magnus numerus templ*ōrum*, qu*ōrum* clārissimum est templum Iov*is* Optim*ī* Māxim*ī*. In cellā h*uius* templ*ī* simulācrum de*ī* sedent*is* positum est. Vesta est dea foc*ī* ac r*ērum* domestic*ārum*, in c*uius* aede nūllum de*ae* simulācrum inest. Ātrium Vest*ae* est domus virgin*um* Vestāl*ium*. Rēgia est domus pontific*is* māxim*ī*, summ*ī* sacerdōt*is* popul*ī* Rōmān*ī*.

C. Octāviānus adulēscēns XIX ann*ōrum* dux exercit*ūs* fuit; postquam necem Caesar*is* ultus est, monumentum victōri*ae* su*ae* aedificāvit: templum Mārt*is* Ultōr*is*. Colossus est statua Sōl*is* Rhod*ī* locāta; eōdem nōmine vocābātur statua Nerōn*is* quae Rōm*ae* in vestibulō dom*ūs* aure*ae* stābat. In hortīs ill*ius* tyrann*ī* erat multitūdō omn*ium* gener*um* pecud*um* ac fer*ārum*.

Titus, fīlius Vespasiān*ī* prīncip*is*, post expugnātiōnem Hierosolym*ōrum*, urb*is* Iūdaeōrum nōbilissim*ae*, triumphāvit. In templō Pāc*is* servantur rēs sacrae Iūdae*ōrum*, in iīs tubae et candēlābrum magn*ī* preti*ī*. Iūdaeī eās rēs magn*ī* aestimant, etiam plūr*is* quam Rōmānī. Novus imperātor triumph*ī* cupidus est. Domitiānus, quī mult*ōrum* sceler*um* accūsābātur, prae metū mort*is* dormīre nōn poterat. Māximum Hadriān*ī* opus est templum Vener*is* et Rōm*ae* sīve Urb*is* Aetern*ae*.

Rōmulus rēx bell*ī* studiōsus erat, neque eum pudēbat cas*ae* su*ae* pauper*is*.

PENSVM B

Cum rēx Tarquinius Rōmā *expulsus* esset, duo *cōnsulēs* populō Rōmānō *praefectī* [= praepositī] sunt. Cōnsul Rōmānus *aedem* [= templum] Iovis *sacrāvit*. Domitiānus illam aedem *incendiō* [= igne] absūmptam *restituit* [= refēcit]. Tēctum aurō *splendet*, columnae ē *marmore* factae sunt. In templō Iūnōnis Monētae, quod *locātum* [= positum] est in summā *Arce*, nummī efficiuntur ex aurō et argentō et *aere*. Arx *firmīs* [= validīs] mūrīs mūnītur. In aede Vestae, quae fōrmam *rotundam* habet, ignis aeternus *ārdet* quī numquam *exstinguitur*. In campō Mārtiō est *āra* Pācis, ubi sacerdōtēs et Vestālēs anniversārium *sacrificium* faciunt. Augustus templum Mārtis *Ultōris* aedificāvit postquam necem Caesaris *ultus* est. Hadriānus *pontem* Aelium in Tiberī fēcit. Titus Iūdaeōs *superāvit* [= vīcit] et rēs sacrās, ut *tubās* argenteās et *candēlābrum* aureum, iīs *adēmit*. In summā *Sacrā* viā *senātus* populusque Rōmānus Dīvō Titō arcum *dēdicāvit* [= cōnsecrāvit].

Porticus est ōrdō columnārum tēctus. Mausōlēum dīcitur *amplum* [= magnum] *monumentum* in quō ossa servantur. Aqua Appia est aquae *ductus* veterrimus, quī in urbem *inductus* est ab Appiō Claudiō. *Cūria* est aedificium quō senātus convenit. *Casa* est parva domus pauper; *rēgia* domus rēgis est. *Pecudēs* sunt bēstiae quibus agricola ūtitur.

Locus *celeber* est quō multī conveniunt. Is cui mēns sāna nōn est *īnsānus* esse dīcitur. Aedificium quod stāre nōn potest *collābitur*. Cicerō est *ōrātor* Rōmānus *praeclārus* [= clārissimus].

Synōnyma: imāgō et *simulācrum*; māter et *genetrīx*; dīvus et *dīvīnus*; clārus et *illūstris*; internus et *interior*; superesse et *restāre*; operīre et *tegere*; prōicere et *praecipitāre*; sacrāre et *cōnsecrāre*; aedificāre et *exstruere*; accidere et *ēvenīre*; ūrere et *cremāre*; accendere et *incendere*; deō prōmittere et *vovēre*; glōriōsē dīcere et *glōriārī*; intrāre et *inīre*; eōdem locō et *ibīdem*.

Contrāria: puppis et *prōra*; discordia et *concordia*; plēbēiī et *patriciī*; bona valētūdō et *morbus*; exstruere et *dēstruere*; dare et *adimere*.

PENSVM C

1. Num hominēs pauperēs in Palātiō habitant? *Immō vērō dīvitissimī hominēs in Palātiō habitant.*
2. Quis templum Iovis Capitōlīnī aedificāvit? *Hoc templum aedificāvit L. Tarquinius Superbus.*
3. Templumne Iovis ā rēge dēdicātum est? *Nōn ā rēge, sed ā cōnsule Rōmānō dēdicātum est.*
4. Quid facit imperātor post triumphum? *Post triumphum imperātor Capitōlium ascendit.*
5. Quid significat ignis Vestae? *Ignis Vestae significat Rōmam urbem aeternam esse.*
6. Quid est negōtium sacerdōtum? *Sacerdōtum negōtium est rēs dīvīnās cūrāre.*
7. Quot senātōrēs in senātū Rōmānō sunt? *Sescentī senātōrēs sunt in senātū Rōmānō.*
8. Quis fuit M. Tullius Cicerō? *Cicerō fuit ōrātor Rōmānus illūstrissimus.*
9. Ubi C. Iūlius Caesar necātus est? *Caesar in cūriā Pompēiā ad pedēs statuae Pompēiī necātus est.*
10. Cūr Caesar Dīvus Iūlius appellātur? *'Dīvus' appellātur quia post mortem in deōrum numerō habētur.*
11. Ubi templum Dīvī Iūliī aedificātum est? *Aedificātum est eō locō ubi corpus Caesaris cremātum erat.*
12. Quārē Augustus Mārtem 'Ultōrem' appellābat? *Quia Mārtem necem Caesaris ultum esse putābat.*
13. Quandō Augustus Iānum clausit? *Iānum clausit postqiam M. Antōnium vīcit et ubīque pācem fēcit.*
14. Quamobrem Nerō urbem incendisse putābātur? *Quia vetera aedificia contemnēbat et pulchritūdine flammārum dēlectātus est.*
15. Cūr domus Nerōnis 'aurea' vocābātur? *Quia aurō splendēbat.*
16. Quid aedificātum est in locō domūs aureae? *Ibi thermae Titī et Trāiānī aedificātae sunt.*
17. Quam gentem Titus in oriente superāvit? *Titus Iūdaeōs vīcit.*
18. Ubi mausōlēum Hadriānī situm est? *Mausōlēum Hadriānī trāns Tiberim situm est.*

CAPITVLVM XXXVII

PENSVM A

Dē cāsū datīvō

Aedēs Castoris sacrāta est di*īs* Castor*ī* et Pollūc*ī*, Iovis fīli*īs* gemin*īs*, quī saepius Rōmān*īs* auxili*ō* vēnērunt. Octāviānus de*ō* Mārt*ī* templum vōvit.

Rēx Faunus Euandr*ō*, Mercuriī fīli*ō*, arva dedit. Rēg*ī* Latīn*ō* ūna fīlia erat, Lāvīnia, iam mātūra vir*ō*. Lāvīni*ae* nōn licuit rēg*ī* Turn*ō* nūbere.

Trōiānī equum ligneum Minerv*ae*, de*ae* Trōiān*īs* benign*ae*, sacrātum esse putābant, sed sacerdōs, c*ui* nōmen erat Lāocoōn, i*īs* suāsit nē Graec*īs* cōnfīderent. Cassandra fātum Trōiae cīv*ibus* su*īs* praedīxit, nec vērō Trōiānī e*ī* crēdidērunt, sed somn*ō* sē dedērunt.

Aenēās iuven*ibus* Trōiān*īs* suāsit ut host*ibus* Graec*īs* resisterent: "Ūna salūs vict*īs*: nūllam spērāre salūtem!" Graecī, qu*ibus* diī favēre vidēbantur, nēmin*ī* parcēbant.

Venus fīli*ō* sē ostendit et e*ī* imperāvit, ut patr*ī* et uxōr*ī* et fīli*ō* auxilium ferret. Ille mātr*ī* su*ae* pāruit, neque quisquam e*ī* redeunt*ī* nocuit. Anchīsēs urb*ī* capt*ae* superesse nōluit, sed Aenēās "Sī t*ibi* certum est" inquit "Trōi*ae* peritūr*ae* tē addere, patet iānua mort*ī*. Date m*ihi* arma! Reddite mē Dana*īs*!" Tandem patr*ī* su*ō* sen*ī*, c*ui* vīrēs deerant ad fugiendum, persuāsit ut ex urbe portārētur, nec id onus fīli*ō* grave fuit. Aenēās fugiēns nōn s*ibi*, sed patr*ī* ac fīli*ō* timēbat. Umbra Creūsae vir*ō* mīrant*ī* occurrit et "Nōn t*ibi* licet" inquit "mē tēcum dūcere. Diū nāvigandum est t*ibi*, sed in Hesperiā nova patria t*ibi* et soci*īs* tu*īs* parāta est."

PENSVM B

Rēx Faunus *quondam* [= ōlim] Euandrō, quī *profugus* [= fugiēns] in Italiam vēnerat, *arva* colenda dedit. Post Faunum Latīnus *rēgnum* accēpit; cuius fīlius in prīmā *iuventūte* mortuus est. Latīnō rēgnante pāx *diūturna* [< diū] fuit.

Graecī nōn vī, sed *dolō* Trōiam intrāvērunt: equum ligneum *fabricāvērunt* [= cōnfēcērunt] et armātīs complēvērunt. Trōiānī, quī Graecōs in patriam suam *āvectōs* esse putābant, castra dēserta *inspiciēbant* et *mōlem* equī mīrābantur. Lāocoōn equum ligneum, ut dōnum *suspectum*, hastā laesit, sed hasta in fīrmō *rōbore* [= lignō] stetit nec ad mīlitēs *occultōs* [= latentēs] *penetrāvit*. Dum Lāocoōn taurum *immolat*, duo *anguēs* eum *corripiunt* [= celeriter rapiunt] et corpus eius *amplectuntur* [= complectuntur], neque ille sē *explicāre* potest. Trōiānī, novō *pavōre* perturbātī, *conclāmant* [= simul clāmant] 'equum dōnum esse Minervae, deae Trōiānīs *benignae*.' Equus in urbem trahitur *fūnibus*, dum templa velut *fēstō* diē *fronde* [= foliīs] ōrnantur. Equō *patefactō* [= apertō] Graecī per fūnem *dēmissum* ad terram lābuntur. Aenēās in somnō Hectorem *saucium* [= vulnerātum] vīdit, quī sordidam *barbam* et *crīnēs* [= capillōs] cruentōs gerēbat et Aenēae suāsit ut ex urbe *flagrantī* [= ārdentī] fugeret. Hōc *somniō* perturbātus Aenēās *āmēns* [= sine mente] arma capit et iuvenēs ad pugnam *incitat*. Iī *strictīs* gladiīs per hostēs *vādunt* [= eunt]. Cassandra, quae fātum *praedīcere* poterat, crīnibus *passīs* ā templō trahēbātur oculōs ad caelum *ērigēns* [= tollēns], nam *tenerae* manūs *vinculīs* tenēbantur. Trōiānī hanc *speciem* ferre nōn poterant et *undique* [= ex omnibus partibus] in mediōs hostēs *ruēbant* [= sē praecipitābant]. Ad *aedēs* [= domum] Priamī ācerrimē pugnābātur. Trōiānī altās *turrēs* et *culmina* domōrum dēstruēbant et laterēs *trabēs*que in hostēs *coniciēbant* [= iaciēbant]. Frāctīs cardinibus forēs *concidunt* [= collābuntur]. Rēx Priamus manibus *infirmīs* [= invalidīs] arma capit, sed Hecuba "Iam nōn tēlīs *egēmus*" inquit, "sed auxiliō deōrum. Hūc tandem *concēde*!" Cum Polītēs cōram patre *trucīdātus* [= obtruncātus] esset, Priamus *tēlum* [= pīlum] in Pyrrhum coniēcit, quod *nēquīquam* [= frūstrā] in *clipeō* eius *haesit*. Pyrrhus *comam* [= capillum] rēgis prehendēns ēnsem in latere eius *dēfīxit*. Hoc vidēns Aenēās *horrōre* perfūsus est. Anchīsēs fīlium et *nepōtem* in fugā comitārī *recūsāvit* [= nōluit]. Tum *lūmen* [= lūx] in capite Iūlī appāruit atque simul cum hōc *prōdigiō* māximus *fragor* [= strepitus] caelestis audītus est. Aenēās patrem ex urbe portāvit nec hoc *onus* fīliō grave fuit.

In convīviō *famulī* [= servī] cum dominīs nōn *discumbunt* [= accumbunt]. In manū senis gladius *inūtilis* est. Quī invocat deōs *caelestēs* [< caelum], manūs ad caelum *tendit* [= extendit]. Caelō serēnō nōn *tonat* [= tonitrus fit]. Manibus cruentīs *sacra* tangere *fās* nōn est. Nihil ēvenit sine *nūmine* [= voluntāte] deōrum. Quae lūget ululāre aut *gemere* solet; ululātū et *gemitū* [< gemere] significātur *lūctus*.

Synōnyma: fīlius et *nātus*; scelestus et *scelerātus*; summus et *suprēmus*; timidus et *pavidus*; fertilis et *ūber*; splendēre et *fulgēre*; exstinguere et *restinguere*; ubi et *quā*.

Contrāria: dextra et *laeva*; servīre et *dominārī*.

PENSVM C

1. Aborīginēs quī fuērunt? *Aborīginēs prīmī Italiae incolae fuērunt.*
2. Quis fuit Latīnus? *Latīnus fuit rēx Latiī antīquus.*
3. Quōmodo Graecī in urbem Trōiam penetrāvērunt? *In equō ligneō in urbem penetrāvērunt.*
4. Quid fēcit Lāocoōn et quid eī accidit? *Hastam in equum ligneum mīsit et anguibus necātus est.*
5. Cuius fīlius erat Aenēās? *Aenēās erat fīlius Anchīsae et Veneris.*
6. Quid Aenēās in somnō vīdit? *Hectorem vīdit.*
7. Ubi rēx Priamus interfectus est? *Rēx ante āram interfectus est.*
8. Cūr Aenēae redeuntī nēmō nocuit? *Quia māter Venus eum tuēbātur.*
9. Num Anchīsēs statim fīlium comitātus est? *Anchīsēs prīmō ex patriā fugere recūsāvit.*
10. Cum quibus Aenēās ex urbe aufūgit? *Aenēās cum patre et fīliō et uxōre aufūgit.*
11. Quārē Creūsa marītum sequī nōn potuit? *Quia Aenēās ē nōtā viā aberrāvit.*

12. Quid Aenēās in urbem reversus vīdit? *Vīdit urbem ā Graecīs captam et incēnsam.*
13. Quid Creūsa Aenēae abeuntī prōmīsit? *Creūsa eī rēgnum et novam coniugem prōmīsit.*
14. Quō sociī Aenēae convēnērunt? *Extrā urbem ad tumulum templumque Cereris.*

CAPITVLVM XXXVIII

PENSVM A

Dē cāsū ablātīvō

Graecī, cum Trōiam v*ī* capere nōn possent, dol*ō* ūsī sunt: equum ligneum mīlit*ibus* armāt*īs* complēvērunt et in lītor*e* relīquērunt. Mult*īs* spectant*ibus* Lāocoōn omn*ibus* vīr*ibus* equum hast*ā* percussit. Paul*ō* post duo anguēs rēct*ā* vi*ā* eum petunt. Part*e* mūrorum dēstrūct*ā* equus host*ibus* plēnus magn*ō* labōr*e* in urbem trahitur fūn*ibus*. Velut fēst*ō* di*ē* templa frond*e* ōrnantur. Equ*ō* patefact*ō* mīlitēs exeunt; occīs*īs* urbis cūstōd*ibus* sociōs suōs recipiunt in urbem quae dēfēnsōr*ibus* carēbat. Interim Trōiānī sine cūr*ā* dormiēbant, in i*īs* Aenēās, Anchīs*ā* et Vener*e* de*ā* nātus. Ille clāmōr*e* et strepit*ū* ē somn*ō* excitātus est.

Cum Priamus gladi*ō* cingerētur, Hecuba, quae vir*ō* prūdentior erat, "Iam nōn tēl*īs* egēmus" inquit, "sed auxili*ō* deōrum!" Dūcent*e* Vener*e* Aenēās salvus domum rediit e*ā*dem vi*ā* qu*ā* dom*ō* exierat. Anchīsēs loc*ō* sē movēre nōluit et "Ipse" inquit "me*ā* man*ū* moriar. Nōlīte me*ā* caus*ā* hīc morārī!"

Prīm*ā* aestāt*e* Trōiānī duc*e* Aenē*ā* ex Asi*ā* profectī sunt. In medi*ō* mar*ī* Aegae*ō* est īnsula nōmin*e* Dēlos, quae Trōiānōs tūt*ō* port*ū* recēpit. Dēl*ō* relict*ā* in Crētam vēnērunt. Ibi Trōiānī foed*ā* pestilenti*ā* afficiēbantur et agrī sōl*e* flagrant*ī* torrēbantur.

Aedēs Iovis Capitōlīnī mult*ō* magnificentior est cēter*īs* omn*ibus*; ea summ*ō* de*ō* digna est. In templum Iovis Statōris senātus e*ō* di*ē* convēnit qu*ō* Cicerō, ōrātiōn*e* clārissim*ā* habit*ā*, Catilīnam Rōm*ā* expulit. Pāc*e* terr*ā* mar*ī*que fact*ā* Iānus clauditur.

Polycratēs tant*ā* fēlīcitāt*e* et tant*ā* glōri*ā* erat ut dī eī invidērent.

PENSVM B

In Crētā Trōiānī foedā *pestilentiā* afficiēbantur atque agrī sōle *torrēbantur*. Penātēs *noctū* [= nocte] vīsī sunt ante lectum Aenēae *adstāre*, quī Trōiānīs et *posterīs* eōrum novam terram prōmīsērunt. Ergō ex īnsulā *excēdere* cōnstituērunt et rūrsus in altum *prōvectī* sunt. Ibi *nimbus repentīnus* [= subitus] sōlem occultāvit ita ut diem noctemque *discernere* nōn possent ac nāvēs trēs diēs *totidem*que noctēs caecae errārent, *quoad* in īnsulās Strophadēs *dēlātae* sunt.

In Ēpīrō Aenēās fāmam *incrēdibilem* [= vix crēdendam] audīvit: Helenum parte Ēpīrī *potītum* esse et Andromachēn, *viduam* Hectoris, uxōrem dūxisse. Andromachē in *lūcō* [= silvā sacrā] dīs Mānibus *sacrificābat*. Helenus laetus Trōiānōs *agnōvit* [= recognōvit] eōsque ad convīvium *invītāvit* [= vocāvit].

Charybdis nāvēs in *gurgitem* [= vorāginem] mergit, et Scylla *infōrmis* [↔ fōrmōsa] nāvēs in *scopulōs* perīculōsōs trahit. *Praestat* [= melius est] tōtam Siciliam *circumīre* quam illa mōnstra *experīrī*.

Ut [= ut prīmum] Italia in cōnspectum vēnit, Anchīsēs *pateram* vīnō implēvit et deōs maris *potentēs* [= potestātem habentēs] invocāvit. Trōiānī in terrā Graecōrum *morārī* [< mora] nōlēbant.

Ex Aetnā *fūmus* flammaeque surgunt atque saxa *lapidēs*que *ēmittuntur*. In ōrā Cyclōpum vir Graecus accessit cum *flētū* [= lacrimīs] precibusque: "Hinc in quāscumque terrās abdūcite mē!" Anchīsēs virō *supplicī* [= ōrantī] manum dedit. Mōnstrum horrendum erat Polyphēmus, quī in *antrō* obscūrō habitābat et carne hūmānā *vescēbātur*. Cum ille accēderet, Trōiānī fūnēs nāvium *incīdērunt* [= secuērunt] et *citō* [= celeriter] aufūgērunt. Polyphēmus clāmōrem *horribilem* [< horrēre] sustulit, quō penitus resonuit mōns *cavus*.

In Siciliā Aenēās ossa *genitōris* [= patris] suī *sepelīvit*. Tum ex Siciliā atque ā *sepulcrō* patris *dīgressus* est [= discessit].

Fōrma litterae C est līnea *curva*. Onus grave magnum *pondus* habet. *Unda* est parvus flūctus. Chāonia est pars Ēpīrī *extrēma*. *Iuvencus* est bōs iuvenis. Saxa flūctibus pulsāta fragōrem *ēdunt*.

Synōnyma: (summum) mare et *aequor;* avis et *volucris;* turgidus et *tumidus;* pavidus et *trepidus;* (urbem) cōnstituere et *condere;* relinquere et *linquere;* arbitrārī et *rērī;* tam valdē et *adeō;* scīlicet et *nīmīrum;* ego (ipse) et *egomet*.

Contrāria: occāsus et *ortus;* (nāvem) dēdūcere et *subdūcere;* propinquus et *longinquus;* noctū et *interdiū*.

PENSVM C

1. Quid Trōiānī profugī sub monte Īdā fēcērunt? *Classem vīgintī nāvium aedificāvērunt.*
2. Quōmodo rēx Thrāciae aurō Priamī potītus est? *Fīlium Priamī aurum ferentem interfēcit.*
3. Quid deus Apollō Trōiānīs pollicitus est? *Apollō iīs novam terram pollicitus est.*
4. Cūr Trōiānī in Crētā manēre nōn potuērunt? *Quia pestilentia orta est et sōl flagrāns agrōs torrēbat.*
5. Cūr Palinūrus rēctum cursum tenēre nōn potuit? *Quia āter nimbus sōlem et stēllās occultāvit.*
6. Quae īnsulae in marī Īoniō sitae sunt? *In marī Īoniō sitae sunt īnsulae Strophadēs.*
7. Quid fēcit Aenēās in īnsulā Leucadiā? *Clipeum ad forēs templī fīxit et versum īnscrīpsit.*
8. Ubi Aenēās Andromachēn invēnit? *In lūcō extrā Būthrōtum oppidum.*
9. Quid Andromachē Aenēae nārrāvit? *Nārrāvit 'sē ā Pyrrhō abductam esse et Helenō nūpsisse'.*
10. Cūr Aenēās per fretum Siculum nāvigāre nōluit? *Quia duo mōnstra, Scyllam et Charybdim, timēbat.*

11. Quid Andromachē Ascaniō dōnāvit? *Vestem pretiōsam quam suīs manibus cōnfēcerat.*
12. Cūr Trōiānī Italiam relīquērunt? *Quod illa terra ā Graecīs incolēbātur.*
13. Quid accidit in ōrā Cyclōpum? *Vir Graecus iīs occurrit, quī ex antrō Polyphēmī effūgerat.*
14. Num Polyphēmus Trōiānōs fugientēs vīdit? *Polyphēmus eōs vidēre nōn poterat, quia caecus erat.*
15. Ubi pater Anchīsēs sepultus est? *In Siciliā in monte Eryce.*

CAPITVLVM XXXIX

PENSVM A

Dē cāsū accūsātīvō

Trōiānī multōs iam annōs per omnia maria errābant. Neptūnus, ut classem disiectam vīdit, flūctūs sēdāvit, nūbēs collēctās dispulit sōlemque redūxit. Aenēās Italiam novam patriam quaerēns in Āfricam dēlātus est. Venus fīlium suum certiōrem fēcit 'sociōs salvōs esse classemque in tūtum locum āctam.' Aenēam paenitēbat Creūsam uxōrem Trōiae relīquisse. Aenēās: "Heu mē miserum! Numquam domum redībō!" Venus Cupīdinem prō Ascaniō ad Dīdōnem īre iussit. Ille, ubi Aenēam complexus est, rēgīnam petīvit; quae puerum ōsculāta est et in gremium accēpit.

Multae viae Rōmam ferunt. Circus Māximus trecentōs passūs longus est. Pompēius Iūliam, fīliam Iūliī Caesaris, uxōrem dūxit. Senātus C. Octāviānum 'Augustum' nōmināvit. Augustus urbem Rōmam in XIV regiōnēs dīvīsit. Nerva annum tantum et IV mēnsēs imperāvit. Nerō, quem populus tyrannum appellābat, domum auream aedificāvit. Rōmulum rēgem nōn pudēbat in casā habitāre. Rōmānī Brūtum cōnsulem fēcērunt.

Graecī Rōmānōs litterās et artem poēticam docuērunt.

PENSVM B

Iūnō īrāta erat ob *iūdicium* Paridis, quī Venerem deam pulcherrimam esse *iūdicāverat* [= cēnsuerat]; eius reī *memor* [= reminīscēns] Trōiānōs ab Italiā *arcēbat* [= prohibēbat]. Tempestās classem Aenēae *disiēcit*, sed Neptūnus, cum vidēret *pontum* [= mare] *procellīs* [= ventīs rapidīs] turbārī, mōtōs flūctūs *sēdāvit* et nūbēs *dispulit*. In lītore Aenēās septem *cervōs* occīdit; hanc *praedam* sociīs dēspērantibus dīvīsit, dum ipse laetō vultū spem *simulat*. Posterō diē, dum nova loca *explōrat*, Venus eī *obviam* iit arcum sagittāsque *gestāns* [= gerēns] Diānae deae *similis*, quae in silvīs *vēnārī* solet.

Pygmaliōn, rēx *impius* [↔ pius] et avārus, cum Sychaeum *clam* [= occultē] necāvisset, scelus diū *cēlāvit* et Dīdōnem viduam falsā spē *ēlūsit*. Sed eī in somnīs appāruit vir mortuus, quī pectus vulnerātum *nūdāvit* [< nūdus] et rēgis *thēsaurōs* occultōs mōnstrāvit. Dīdō nāvēs aurō *onerāvit* [<onus] et in Āfricam fūgit, nec posteā eam *paenitēbat* ex patriā fūgisse.

Dēspiciēns ex colle quī Karthāginī *imminet* Aenēās vīdit cīvēs quī magnā *industriā* [< industrius] novārum aedium *fundāmenta* locābant. Dīdō rēgīna magnā *catervā* comitāta *incessit* [= prōcessit] et in altō *soliō* cōnsēdit. Quae cum Aenēam cōram aspiceret, prīmum *obstupuit*, tum sīc *ōrsa* est [= loquī coepit]: "Tūne ille Aenēās quem Anchīsēs et Venus *genuērunt?*"

In rēgiā convīvium *apparātur* [= parātur]: *torī* [= lectī] Tyriā *purpurā* sternuntur, ministrī mēnsās *dapibus* onerant. Lucernae dē tēctō *pendent* et multae *facēs* ārdent. Aenēās omnibus *intentīs* [= attentīs] nārrābat dē *īnsidiīs* [= dolō] Graecōrum et dē *errōribus* [< errāre] suīs. Postquam *fūnus* patrī factum memorāvit, *conticuit* andem atque *quiētī* sē dedit.

Karthāginiēnsēs, hominēs *bellicōsī* [= bellī studiōsī], saepe cum Rōmānīs *bellāvērunt* [< bella gessērunt]. Tridēns est *scēptrum* Neptūnī. *Hostia* est bēstia quae immolātur, ut *sūs* [= porcus], ovis, taurus. Nūbēs quae terram operit *nebula* dīcitur. Trōiānī, sī in Italiam īre nōn possunt, in Siciliam *saltem* īre cupiunt.

Synōnyma: gurges et *vertex*; saxum et *rūpēs*; pulchritūdō et *decor*; glōria et *honōs*; Notus et *Auster*; stēlla et *sīdus*; frequēns et *crēber*; nesciēns et *īnscius*; fēlīx et *fortūnātus*; pulsāre et *impellere* et *ferīre*; circumagere et *volvere*; natāre et *nāre*; ambulāre et *gradī*; accūsāre et *incūsāre*; subīre et *succēdere*; ascendere et *scandere*; auxilium ferre et *succurrere*; dēlēre et *abolēre*; cōnārī et *temptāre*.

Contrāria: altum et *vadum*; Auster et *Aquilō*; acūtus et *obtūnsus*; spargere et *colligere*; abdūcere et *addūcere*; dispellere et *compellere*; subitō et *paulātim*.

PENSVM C

1. Ubi sita est Karthāgō? *In ōrā Āfricae sita est.*
2. Quae est Iūnō? *Iūnō est Iovis coniūnx, dea mātrōnārum.*
3. Cūr Iūnō Trōiānōs ōderat? *Ob iūdicium Paridis.*
4. Quid est Aeolī officium? *Aeolī officium est ventōs in vinculīs tenēre.*
5. Quid fēcit Neptūnus cum mare turbārī sentīret? *Flūctūs sēdāvit, nūbēs dispulit sōlemque redūxit.*
6. Quō Trōiānī tempestāte dēlātī sunt? *Ad ōram Āfricae dēlātī sunt.*
7. Quid Aenēās sociīs suīs partītus est? *Aenēās sociīs suīs septem cervōs, quōs occīderat, partītus est.*
8. Quōmodo sociī vīrēs restituērunt? *Cibō et vīnō vīrēs restituērunt.*
9. Quae dea in silvā Aenēae obviam iit? *Venus Aenēae fīliō suō obviam iit.*
10. Cūr Aenēās mātrem suam prīmō nōn agnōvit? *Quia Venus vestem et arma virginis vēnantis gerēbat.*
11. Quid Venus fīliō suō nārrāvit? *Venus eī dē Dīdōne rēgīnā nārrāvit.*
12. Quid vīdit Aenēās ex colle dēspiciēns? *Aenēās vīdit Tyriōs novam urbem exstruentēs.*
13. Cūr nēmō Aenēam Karthāginem intrantem vīdit? *Quod Venus eum nebulā circumfūderat.*

14. Quae imāginēs in novō templō pictae erant? *Imāginēs bellī Trōiānī.*
15. Quid Īlioneus ā Dīdōne petīvit? *Īlioneus ā Dīdōne petīvit nē Trōiānōs ab ōrā Āfricae arcēret.*
16. Num urbs Trōia Dīdōnī ignōta erat? *Dīdō urbem Trōiam bene nōverat.*
17. Quōmodo Dīdō Aenēam et sociōs eius recēpit? *Aenēam benignē recēpit et convīvium eī parāvit.*
18. Quod cōnsilium Venus excōgitāvit? *Ut Cupīdō prō fīliō Aenēae venīret et rēgīnam amōre incenderet.*
19. Quid Cupīdō effēcit in gremiō Dīdōnis sedēns? *Memoriam Sychaeī abolēvit et animum rēgīnae vīvō amōre incendit.*
20. Quid Dīdō Aenēam hortāta est? *Dīdō eum hortāta est ut sibi dē errōribus suīs nārrāret.*

CAPITVLVM XL

PENSVM A

Dē cāsū vocātīvō

Aemilia: "Ō Iūlī, mī optime marīte!"

Mārtiālis:

"Semper pauper eris, sī pauper es, Aemiliāne!"

Catullus:

"Cēnābis bene, mī Fabulle, apud mē."

Hector: "Heu, fuge, nāte deā!"

Hecuba: "Ō miserrime coniūnx!"

Anchīsēs: "Fuge, mī fīlī!"

Aenēās: "Venī mēcum, Achātē, mī amīce!" Achātēs: "Quid nunc sentīs, Aenēā?"

Dīdō: "Perfide hospes!" "Dabis, improbe, poenās!"

Cōnsul (in senātū): "Quid cēnsēs, Mārce Tullī? et tū, Lūcī Cornēlī?"

Spectātōrēs, plaudite!

PENSVM B

Dīdō: "*Velim* [= utinam] prius Iuppiter mē *fulmine* percutiat quam virī amōrī *succumbō* [↔ resistō]!" Anna: "Ō soror mea *dīlēcta* [= cāra]! Etiamne *placitō* [= grātō] amōrī repugnābis?" Ita animum sorōris amōre *īnflammat* [= incendit]. Templa adeunt ut ā dīs *veniam* petant, nec vērō sacrificia mulierem *furentem* [= āmentem] iuvant. Poenīs et Trōiānīs vēnantibus, tonāre incipit; *īnsequitur* [= sequitur] imber *grandine* mixtus, et Dīdō et Aenēās in eandem *spēluncam* dēveniunt. *Extemplō* [= statim] Fāma nārrat 'eōs in māximō *luxū* vīvere turpī *cupīdine* [= cupiditāte] captōs!'

Mercurius Iovis *mandāta* [= imperia] ad Aenēam dēfert: "Quid *struis* [= parās]? Nōlī hīc morārī! Italiam pete!" Haec locūtus deus ex oculīs eius *ēvānuit*. Aenēās imperiō dīvīnō *attonitus* [= stupefactus] *obmūtuit*, tum Trōiānōs prīncipēs *advocāvit* iīsque *mandāvit* [= imperāvit] ut classem clam ōrnārent.

At rēgīna, quae dolum *praesentit*, Aenēam appellat: "Spērāsne, *perfide* hospes, tē tantum *nefās* [↔ fās] *dissimulāre* posse et *hibernō* tempore [= hieme] clam hinc *dēcēdere* [= excēdere]?" Per *cōnūbium* [= coniugium] nostrum tē ōrō: *miserēre* meī!" Ita supplex *implōrat*. Aenēās: "Numquam tē uxōrem dūxī aut *coniugium* tibi prōmīsī. Dēsine *querēllīs* tuīs et mē et tē incendere! Nōn meā *sponte* Italiam petō." Dīdō dicta eius nōn *refellit*, sed medium sermōnem *abrumpit* et virum *cūnctantem* [= dubiē morantem] relinquit. *Famulae* [= ancillae] eam collāpsam *suscipiunt*.

Iam rēgīna morī cupit: *taedet* eam vītae. Annam ōrat ut *rogum* ērigat et super rogum arma et *exuviās* [= vestīmenta] et *effigiem* [= imāginem] Aenēae impōnat. Dīdō, cum classem abīre vidēret, Furiās *ultrīcēs* [< ulcīscī] invocāvit. Tum rogum cōnscendit, torō *incubuit* atque ēnsem ē *vāgīnā* ēdūxit.

Officium Rōmānōrum est "parcere *subiectīs* et *dēbellāre* superbōs."

Synōnyma: pallium et *amictus;* stēlla et *astrum;* āra et *altāria;* lectus et *cubīle;* pīlum et *iaculum;* virtūs et *fortitūdō;* vigilāns et *vigil;* moriēns et *moribundus;* praecipitāns et *praeceps;* recipere et *excipere;* āmēns esse et *furere;* perficere et *exsequī* et *peragere;* properāre et *festīnāre;* ēlūdere et *illūdere*.

PENSVM C

1. Quid Dīdō Annae sorōrī fassa est? *Dīdō sorōrī amōrem suum fassa est.*
2. Cūr Dīdō amōrī repugnābat? *Quia certum eī erat nūllī virō nūbere post mortem Sychaeī.*
3. Quid Anna sorōrī suae suāsit? *Anna eī suāsit, ut sē cum Aenēā coniungeret.*
4. Quid fāma nārrābat dē Dīdōne et Aenēā? *Fāma nārrābat 'eōs in luxū vīvere turpī cupīdine captōs.'*
5. Quis Aenēam ex Āfricā excēdere iussit? *Iuppiter hoc iussit per nūntium suum Mercurium.*
6. Cūr Aenēās classem clam ōrnāvit? *Quia īram Dīdōnis timēbat.*
7. Quōmodo Dīdō cōnsilium Aenēae cognōvit? *Fāma eī nārrāvit 'classem armārī et cursum parārī.'*
8. Quid Anēās rēgīnae implōrantī respondit? *Respondit 'deōs sē Italiam petere iussisse.'*
9. Num Dīdō dicta eius refellit? *Dīdō sermōnem abrūpit et ab oculīs eius aufūgit.*
10. Quid Dīdō Annam facere iussit? *Eam iussit rogum ērigere.*
11. Quae rēs super rogum impositae sunt? *Super rogum imposita sunt arma et exuviae Aenēae et lectus iugālis.*
12. Quae fuērunt precēs Dīdōnis extrēmae? *Precāta est ut Aenēās bellō ex fīnibus suīs pellerētur et ante diem caderet īnsepultus.*
13. Quid vīdit Aenēās ē nāve respiciēns? *Vīdit moenia Karthāginis flammīs lūcēre.*
14. Cūr plēraeque fēminae in Siciliā relictae sunt? *Quia nāvēs incenderant.*
15. Quō Sibylla Aenēam dūxit? *Sibylla Aenēam ad Inferōs dūxit.*

CAPITVLVM XLI

PENSVM A

Dē generibus verbōrum

Verte hās sententiās in genus alterum, āctīvum aut passīvum:

[Pater fīlium laudat:] Fīlius ā patre laud*ātur*.

[Tyrannus ferōx ab omnibus metuitur:] Omnēs *tyrannum ferōcem metuunt*.

[Alta moenia urbem Trōiam cingēbant:] *Urbs Trōia altīs moenibus cingēbātur*.

[Trōia ā Graecīs capta et incēnsa est:] *Graecī Trōiam cēpērunt et incendērunt*.

[Graecī equum ligneum fabricāvērunt:] *Equus ligneus ā Graecīs fabricātus est*.

[Cum pars moenium ā Trōiānīs dēstrūcta esset, equus ille in urbem tractus est:] *Cum Trōiānī partem moenium dēstrūxissent, equum illum in urbem trāxērunt*.

[Terribile incendium urbem absūmpsit:] *Urbs terribilī incendiō absūmpta est*.

[Creūsa ā marītō quaerēbātur nec inventa est:] *Marītus Creūsam quaerēbat nec invēnit*.

[Karthāginiēnsēs Aenēam cernere nōn poterant, quod nūbēs eum cēlābat:] *Aenēās ā Karthāginiēnsibus cernī nōn poterat, quod nūbe cēlābātur*.

[Puerī ā Faustulō inventī et domum lātī sunt:] *Faustulus puerōs invēnit et domum tulit*.

[Geminī praedam pāstōribus dīvidēbant:] *Praeda pāstōribus dīvidēbātur ā geminīs*.

[Fluvium Tiberim ōlim Albulam vocābant:] *Fluvius Tiberis ōlim Albula vocābātur*.

[Arx ab hostibus numquam expugnābitur:] *Hostēs numquam Arcem expugnābunt*.

[Magister tē laudat, mē reprehendit:] *Ego ā magistrō laudor, tū reprehenderis*.

PENSVM B

Post *adventum* Aenēae rēx Latīnus, cum *cōpiās* suās in aciem ēdūxisset, inter *prīmōrēs* [= prīncipēs] prōcessit ducemque advenārum ad colloquium *ēvocāvit*. Ut nōmen Aenēae audīvit, *nōbilitātem* virī gentisque admīrātus Trōiānōs in *societātem* [< socius] recēpit et Aenēae fīliam suam in *mātrimōnium* dedit. Rēx Turnus, cui Lāvīnia *spōnsa* fuerat, Aenēae Latīnōque bellum *intulit*. Proeliō victus Turnus rēbus suīs *diffīdēns* [↔ cōnfīdēns] ad Etrūscōs cōnfūgit. Post proelium Latīnīs *prosperum* Aenēās *nusquam* [= nūllō locō] appāruit. Cum Ascanius nōndum ad *pūberem* aetātem pervēnisset, Lāvīnia inter *pueritiam* eius rēgnāvit, nec Etrūscī nec ūllī aliī *fīnitimī* inter rēgnum *muliebre* [< mulier] bellum facere ausī sunt.

Rēx Proca Numitōrem et Amūlium *prōcreāvit* [= genuit] atque Numitōrī rēgnum *vetustum* [= vetus] *lēgāvit* [= relīquit]. Amūlius frātrem pepulit, frātris fīliam Vestālem lēgit: ita eī perpetuā *virginitāte* spem *partūs* [< parere] adēmit. At Vestālis, vī *compressa*, geminōs peperit, quī *iussū* rēgis expositī sunt; sed pāstor *vāgītum* puerīlem audīvit et puerōs invēnit cum *lupā*, quae tam *mītis* fuit ut eōs lacte suō *nūtrīret* et linguā *lamberet*. Ita ā *crūdēlitāte* [< crūdēlis] rēgis puerī servātī sunt.

Rōmulus et Remus, ut prīmum *adolēvērunt*, per *saltūs* vēnābantur et in *latrōnēs* praedam ferentēs impetūs faciēbant. Latrōnēs Remum captum Numitōrī *dēdidērunt* [= trādidērunt], quī cum eum in *cūstōdiā* habēret, nepōtem suum esse *suspicābātur* [= crēdere incipiēbat]. Amūliō occīsō Numitor, *conciliō* advocātō, mala *facinora* [= maleficia] frātris ostendit et 'sē caedis *auctōrem* esse' dīxit.

Remus, cum in Aventīnō *auspicārētur*, sex *vulturēs* vīdit; hōc *auspiciō* nūntiātō, *duplex* numerus [: XII] Rōmulō sē ostendit; is igitur urbem condidit, quae ā nōmine *conditōris* 'Rōma' appellāta est. Remus vērō, cum hoc *molestē* ferret, novōs mūrōs *trānsiluit* et ā Rōmulō *interēmptus* [= interfectus] est.

Cācus *clāvā* Herculis *ictus* [= percussus] occidit, cum bovēs in spēluncam *abdidisset* [= cēlāvisset]. Bove *eximiā* [= ēgregiā] immolātā *sacrum* [= sacrificium] Herculī factum est *rītū* Graecō.

Ōceanus mare *immēnsum* [= sine fīne] est. Facile est mūnera *praebendō* [= offerendō] animōs populī sibi *conciliāre*. Ante proelium imperātor auspiciīs deōs *cōnsulit*. Difficile est inter geminōs *discrīmen* facere. Quī *sitit* bibere cupit.

Synōnyma: līberī et *stirps*; vīrēs et *vigor*; pecus māius et *armentum*; pater patris et *avus*; frāter patris et *patruus*; piger et *sēgnis*; ūmidus et *ūdus*; turbāre et *cōnfundere*; auxilium ferre et *opem* ferre; trepidus esse et *trepidāre*.

Contrāria: muliebris et *virīlis*; āmittere et *adipīscī*; cōnfīdere et *diffīdere*; cōnsōlārī et *grātulārī*; ubīque et *nusquam*; vērē et *falsō*.

PENSVM C

1. Unde Aenēās in Italiam vēnit? *Aenēās Trōiā vēnit*.
2. Num Aenēās rēgem Latīnum proeliō vīcit? *Latīnus amīcitiam et societātem cum Aenēā fēcit*.
3. Cūr Turnus Aenēae Latīnōque bellum intulit? *Quia Latīnus Aenēae in mātrimōnium dederat fīliam suam Lāvīniam, quae Turnō spōnsa fuerat*.
4. Cūr neuter exercitus laetus ex proeliō abiit? *Quia alter exercitus victus est, alter ducem suum āmīsit*.
5. Quōmodo Aenēās animōs Aborīginum sibi conciliāvit? *Utramque gentem 'Latīnōs' appellāvit*.
6. Quō rēx Turnus victus cōnfūgit? *Ad Etrūscōs*.
7. Quam urbem condidit Ascanius? *Ascanius novam urbem condidit, quae Alba Longa appellāta est*.
8. Quod cognōmen rēgibus Albānīs fuit? *Omnibus rēgibus Albānīs cognōmen fuit Silvius*.
9. Quōmodo Amūlius rēgnō Albānō potītus est? *Numitōrem rēgem, frātrem suum, expulit*.
10. Quem Rēa Silvia patrem geminōrum esse dīxit? *'Deum Mārtem patrem esse' nārrāvit*.
11. Quōmodo gemellī expositī servātī sunt? *Pāstor rēgius eōs invēnit et domum tulit*.

12. Cūr Numitor Remum nepōtem suum esse suspicābātur? *Quia geminōs esse frātrēs audīverat.*
13. Quid Rōmulus et Remus fēcērunt cum sē nepōtēs rēgis esse cognōvissent? *Amūlium necāvērunt.*
14. Ubi Rōmulus urbem condidit? *In monte Palātīnō.*
15. Cūr frātrem suum occīdit? *Quia Remus mūrōs eius trānsiluerat.*
16. Quōmodo Herculēs bovēs abditās repperit? *Herculēs bovēs in spēluncā Cācī mūgīre audīvit.*
17. Quō rītū Rōmulus sacra Herculī fēcit? *Rītū Graecō.*

CAPITVLVM XLII

PENSVM A

Dē modīs verbōrum

Magister discipulōs tac*ēre* et aud*īre* iubet: "Tac*ēte*, discipulī, et aud*īte!*" Mārcus nōn tac*et* nec aud*it;* magister eum monet ut tac*eat* et aud*iat:* "Tac*ē*, Mārce, et aud*ī!* Quot sunt bis sēna (2×6)?" Magister interrog*at* quot s*int* bis sēna, ac Mārcō imperat ut surg*at* et respond*eat:* "Surg*e* et respond*ē*, Mārce, sed cav*ē* nē prāvē respond*eās!*" Mārcus nōn surg*it* nec respond*et*. Magister: "Aud*ī*, Mārce: iubeō tē surg*ere* et respond*ēre*." Mārcus: "Nesciō quid respond*eam*." Magister iubet eum digitīs comput*āre*: "Digitīs comput*ā!* Cūrā ut rēctē comput*ēs!*" Mārcus: "Interrog*ā* aliōs! Nōlī semper mē interrog*āre!*" Mārcus magistrum monet ut aliōs interrog*et*.

Cicerō cōnsul Catilīnam ex urbe ēgred*ī* et proficīsc*ī* iussit: "Ēgred*ere* ex urbe! Patent portae: proficīsc*ere!*" Cōnsul ōrātiōne suā effēcit ut Catilīna ex urbe ēgred*erētur* et in Etrūriam proficīsc*erētur*.

Latīnus ab Aenēā quaesīvit 'quis es*set* et quid quae*reret*': "Tū quis *es* et quid quaer*is?*" Ille respondit 'sē es*se* Aenēam Trōiānum novamque sēdem quaer*ere*': "Ego *sum* Aenēās Trōiānus; novam sēdem quaer*ō*."

PENSVM B

Rōmulus rēx XII *lictōrēs* sūmpsit, quī *īnsignia* imperiī, *fascēs* et *secūrēs*, gererent, et C senātōrēs *creāvit* [= lēgit]. Gentēs *vīcīnae* [= fīnitimae] Rōmānōs *spernēbant* [= contemnēbant] nec *lēgātiōnem* Rōmānam benignē audīvērunt. Id Rōmulus *aegrē* passus est, sed *indignātiōnem* suam dissimulāns fīnitimōs ad *lūdicrum* [= lūdōs] vocāvit. In mediō *plausū* [< plaudere] iuvenēs Rōmānī *clāmitantēs* [= clāmantēs] *exsiliunt* virginibusque manūs *iniciunt*, ut nārrat Ovidius in 'Arte *amātōriā*.' Parentēs virginum terrōre *perculsī* [= percussī] *profugiunt* [= aufugiunt]. Rōmulus *blandīs* verbīs animōs virginum *mītigāre* cōnābātur, sed parentēs cīvēs suōs contrā Rōmānōs *concitābant*. Dum aliī *occāsiōnem* [= tempus idōneum] exspectant, Caenīnēnsēs in fīnēs Rōmānōrum *invādunt*, sed Rōmulus *cōnfestim* [= statim] eōs *fugat* [= in fugam vertit] et ipse rēgem eōrum occīdit et *spoliat; spolia* rēgis in Capitōliō ad *quercum* sacram dēposuit et fīnēs templō Iovis *dēsignāvit*. Mulierēs ōrābant ut parentibus licēret Rōmam *migrāre;* quod facile *impetrāvērunt*.

Tarpēia nōn *impūne* [= sine poenā] arcem hostibus *prōdidit*. Rōmulus Iovem ōrāvit ut fugam Rōmānōrum *sisteret*. Tum mulierēs sē inter aciēs intulērunt patrēs virōsque ōrantēs 'nē sanguine *nefandō* [= īnfandō] sē *respergerent!*' Movet rēs *cum* multitūdinem *tum* ducēs [= et m. et d.]. Sabīnī *generīs* [= virīs fīliārum] et Rōmānī *socerīs* suīs dextrās dant ac ducēs ad *foedus* faciendum *prōdeunt* [= prōcēdunt]. Ūnam *cīvitātem* ex duābus faciunt et rēgnum *cōnsociant;* nōn modo commūne, sed etiam *concors* rēgnum eōrum fuit. Rōmulus rēx trēs *centuriās* equitum *cōnscrīpsit*. Ita equitātū Rōmānō auctō cum fīnitimīs, quī agrōs Rōmānōs *vāstābant* [= populābantur], *dīmicāvit* [= pugnāvit] eōsque vīcit. Haec ā Rōmulō domī *mīlitiae*que gesta sunt. Cum *cōntiōnem* mīlitum habēret, subitō *coortā* [= ortā] procellā *sublīmis* [= ad caelum] raptus est. Proculus Iūlius affirmāvit 'Rōmulum dē caelō *dēlāpsum* sibi *obvium* fuisse.'

Post breve *interrēgnum* populus Numam, quamquam *peregrīnus* erat, rēgem creāvit et patrēs auctōrēs factī sunt: ergō nōn *plēbs* [= populus], sed patrēs *dēcrēvērunt* quis Rōmae rēgnāret. Tum *augur*, capite *vēlātō* et *lituum* (id est baculum *aduncum*) tenēns, Iovem precātus est *utī* [= ut] signa certa *dēclārāret;* ita Numa *auspicātō* [= auspiciīs missīs] rēx *dēclārātus* est.

Numa rēs *ūtilēs* [< ūtī] īnstituit: annum in XII mēnsēs *dīscrīpsit* et diēs *fāstōs* et *nefāstōs* fēcit; *flāminem* Diālem creāvit ac Vestālēs, Vestae sacerdōtēs *assiduās* [= semper praesentēs], quās virginitāte *sānctās* fēcit; nec quae*libet* virgō Vestālis fierī poterat, sed nōbilissimae tantum. Cum igitur fīnitimī nefās putārent cīvitātem sānctam *violāre*, pāx per multōs annōs *cōnservāta* est.

Iānus clausus pācem esse *indicat*. Quī *admodum* [= valdē] maeret crīnēs et vestem *laniat* [= scindit] et ocellōs lacrimīs *corrumpit*. Prō pecūniā mūtuā *pignus* dandum est. *Nocturnō* [< nox] tempore nauta sīdera in caelō *notat* [= animadvertit].

Synōnyma: honōs et *decus;* templum et aedēs et *fānum;* rēs mīrābilis et *mīrāculum;* rūsticus et *agrestis;* tardus et *lentus;* fēlīx et *faustus;* grātus et *acceptus;* iterum facere et *iterāre;* taedēre et *pigēre;* validus fierī et *convalēscere;* oppugnāre et *adorīrī;* aliquantum temporis et *aliquamdiū;* dēnuō et dē *integrō*.

Contrāria: victōria et *clādēs;* aequus et *inīquus;* bellicōsus et *imbellis;* internus et *externus;* concurrere et *discurrere;* ērumpere et *irrumpere;* āvertere et *advertere;* recumbere et *prōcumbere*.

PENSVM C

1. Quae sunt īnsignia imperiī? *Īnsignia imperiī sunt fascēs et secūrēs.*
2. Quōmodo Rōmulus cīvitātem auxit? *Multōs fīnitimōs in urbem recēpit.*
3. Cūr novus populus uxōribus carēbat? *Quia virīs Rōmānīs cōnūbium nōn erat cum fīnitimīs.*
4. Quārē Rōmulus fīnitimōs ad lūdōs vocāvit? *Ut iuvenēs Rōmānī virginēs raperent.*

5. Quō rēx victor spolia opīma tulit? *In Capitōlium.*
6. Quōmodo Sabīnī arcem Rōmānam cēpērunt? *Virgō Tarpēia arcem Sabīnīs prōdidit.*
7. Quārē scūta sua in puellam coniēcērunt? *Quia puella postulāverat 'id quod in sinistrīs manibus habērent.'*
8. Quid fēcit Rōmulus cum Rōmānī fugerent? *Iovem ōrāvit ut fugam Rōmānōrum sisteret.*
9. Quam ob rem pāx facta est cum Sabīnīs? *Quia Sabīnae inter exercitūs pugnantēs sē intulērunt.*
10. Cūr Rōmulus Vēiōs expugnāre nōn potuit? *Quod urbs firmīs mūrīs atque sitū ipsō mūnīta erat.*
11. Quid accidit cum rēx cōntiōnem mīlitum habēret? *Tempestās cum tonitrū coorta est.*
12. Num mīlitēs rēgem in caelum rapī vīdērunt? *Rēgem nōn vīdērunt, nam dēnsō nimbō operiēbātur.*
13. Quid Proculus Iūlius nārrāvit? *Nārrāvit 'Rōmulum dē caelō lāpsum sibi obvium fuisse.'*
14. Quōmodo novus rēx creātus est? *Populus Rōmānus rēgem creāvit et patrēs auctōrēs factī sunt.*
15. Uter rēx ferōcior fuit, Rōmulusne an Numa? *Ex prīmīs duōbus rēgibus Rōmulus ferōcior fuit.*
16. Quōmodo Numa populum bellicōsum temperāvit? *Numa et pāce et deōrum metū populum temperāvit.*

CAPITVLVM XLIII

PENSVM A

Dē adiectīvīs

Italiae incolae prīm*ī* agricolae industri*ī* fuērunt. Ill*ud* tempus beāt*um* 'aetās aure*a*' dīcitur. Dum Latīnus in pāce diūturn*ā* rēgnat, Trōia, urbs opulent*a*, ab exercitū Graec*ō* capta est. Graecī audāc*ēs* ingent*em* equum ligne*um* mīlitibus armāt*īs* complēvērunt. Lāocoōn dē summ*ā* arce dēcurrēns cīvēs su*ōs* monuit nē hostibus Graec*īs* cōnfīderent, atque omn*ibus* vīribus hastam ingent*em* in latus equī dūr*um* mīsit, sed illa in firm*ō* rōbore stetit nec in partem interiōr*em* ad mīlitēs occult*ōs* penetrāvit. Brev*ī* tempore duo anguēs māxim*ī* per mare tranquill*um* ad lītus propinqu*um* natāvērunt et corpus eius medi*um* amplexī sunt. Priamus mult*ārum* gentium rēx superb*us* fuit.

Prīm*ā* lūce Dīdō sorōrī su*ae* "Quāl*is* hospes" inquit "domum nostr*am* intrāvit, quam nōbil*is*, quam fort*is*! Agnōscō veter*is* vestīgia flammae!"

Rōmulus ante diem ūndecim*um* kalendās Māi*ās* in colle Palātīn*ō* nov*am* urbem condidit. Gentēs fīnitim*ae* cīvēs Rōmān*ōs* spernēbant. Cum iuvenēs Rōmān*ī* virginēs Sabīn*ās* rapuissent, magn*um* et ācr*e* certāmen ortum est.

Senātus Rōmān*us* cōnstat ex sescent*īs* senātōribus, quī summ*am* potestātem in rē pūblic*ā* habent. Pontifex māxim*us* est summ*us* sacerdōs quī cēter*īs* omn*ibus* sacerdōtibus Rōmān*īs* praefectus est.

Templum Iovis Optim*ī* Māxim*ī* magnificent*ius* est quam cēter*a* omn*ia* templa Rōmān*a*; ex omn*ibus* templīs Rōmān*īs* id magnificent*issimum* est.

Nūll*a* fēmina mortāl*is* pulchr*ior* fuit quam Helena; ea pulcher*rima* fuit omn*ium* fēminārum mortāl*ium*.

PENSVM B

Tullus, rēx *indole* [= ingeniō] ferōx, Numae *dissimilis* fuit. Cum Albānī Rōmānōs rēs *repetentēs* dīmisissent, Tullus iīs bellum *indīxit*. Cupīdō imperiī duōs populōs *cognātōs* [= ab eōdem ortōs] ad arma *stimulābat* [= incitābat]. Etrūscī ambōs exercitūs spectābant, ut pugnā fessōs *aggrederentur* [= oppugnārent].

Cum duo Rōmānī *exspīrantēs* [= morientēs] concidissent, ūnus ferrō *intāctus* fuit; is aliquantum *spatiī* aufūgit ac trēs Albānōs magnīs *intervāllīs* sequentēs occīdit. Cum soror Horātiī *spōnsum* suum mortuum *identidem* [= iterum iterumque] appellāret cum *complōrātiōne* [= lāmentātiōne], Horātius eam verbīs *increpuit* et gladiō *trānsfīxit*! Itaque accūsātus est, et duumvirī, quī tantum *crīmen* neglegere nōn potuērunt, eum *condemnāvērunt*; sed Horātius ad populum *prōvocāvit*. In eō iūdiciō pater eius 'fīliam iūre caesam esse' *prōclāmāvit*; tum populus Horātium *absolvit*, neque enim *līberātōrem* [< līberāre] urbis verberātum et arbore īnfēlīcī *suspēnsum* vidēre voluit.

Tullus simul cum hostibus et cum *prōditiōne* [< prōdere] et *perfidiā* [< perfidus] sociōrum dīmicāvit, nam *iniussū* [↔ iussū] eius Albānī ex proeliō abiērunt. Hostibus victīs, rēx Mettium poenā *atrōcī* [= crūdēlī] affēcit: corpus eius ad duās quadrīgās *ligātum* [= vīnctum] in *dīversās* [= contrāriās] partēs *distractum* est. Deinde Alba *dīruta* [= dēstrūcta] est et Albānī Rōmam *trāductī* sunt. Ita Rōma *ruīnīs* [< ruere] Albae crēvit, numerus cīvium *duplicātus* [< duplex] est et X equitum *turmae* exercituī Rōmānō additae sunt.

Bellum *cīvīle* est quod inter cīvēs geritur. Duumvirī sunt *iūdicēs* sevērissimī. Quī sine *culpā* est ā iūdice absolvitur. *Centuriō* dīcitur quī centuriae praefectus est.

Synōnyma: servitūs et *servitium*; pallium mīlitis et *palūdāmentum*; fūnis et *restis*; plēbs et *vulgus*; cīvēs et *populārēs*; metus deōrum et *religiō*; flēns et *flēbilis*; miserandus et *miserābilis*; senex fierī et *senēscere*; oppōnere et *obicere*; ōrnāre et *decorāre*; cingere et *saepīre*; laniāre et *lacerāre*; errāre et *vagārī*; lūx fit et *illūcēscit*; ab utrāque parte et *utrimque*; nūllō modō et *nēquāquam*; paulātim et *sēnsim*; ubīque et *passim*; esset et *foret*.

Contrāria: pulchritūdō et *foeditās*; libēns et *invītus*; fōrmōsus et *dēfōrmis*; placēre et *displicēre*; clam et *palam*.

PENSVM C

1. Quis fuit avus Tullī Hostīliī? *Avus eius fuit Hostius Hostīlius, quī dux Rōmānōrum fuit bellō Sabīnō.*
2. Quamobrem Tullus Albānīs bellum indīxit? *Quia Albānī ex agrō Rōmānō praedās ēgerant.*
3. Ubi Albānī castra collocāvērunt? *Iūxtā viam Appiam haud plūs quīnque mīlia passuum ab urbe.*

4. Num Rōmānī et Albānī aciē pugnāvērunt? *Nōn ita, nam trigeminī Rōmānī et Albānī, utrīque prō suā patriā, pugnāvērunt.*
5. Quōmodo Horātius sōlus trēs Albānōs vīcit? *Fugiendō pugnam dīvīsit, nam Albānī vulnerātī variīs intervāllīs eum secūtī sunt.*
6. Quid tum factum est ante portam Capēnam? *Horātius sorōrem suam, quae spōnsum suum Albānum lūgēbat, gladiō trānsfīxit!*
7. Horātiusne condemnātus ac pūnītus est? *Ā duumvirīs condemnātus est, sed populus eum absolvit.*
8. Quid est 'pōmērium'? *Est spatium intrā et extrā moenia quod neque habitārī neque arārī fās erat.*
9. Quōmodo Mettius sociōs suōs Rōmānōs prōdidit? *Exercitum suum ex proeliō abdūxit, ut cum victōribus sē iungeret.*
10. Quid fēcit Tullus postquam hostēs fūdit? *Mettium sevērissimē pūnīvit.*
11. Quōmodo duplicātus est cīvium numerus? *Albā dīrutā cīvēs Albānī Rōmam trāductī sunt.*
12. Quamdiū Alba Longa stetit? *Quadringentōs annōs.*
13. Quid Tullus Hostīlius aedificāvit? *Tullus Hostīlius cūriam Hostīliam aedificāvit:*
14. Quandō Tullus deōs colere coepit? *Postquam ipse pestilentiā affectus est.*
15. Quōmodo ille rēx periit? *Tullus fulmine ictus cum domō suā flagrāvit.*

CAPITVLVM XLIV

PENSVM A

Dē adverbiīs

Tullus lēgātōs Albānōs bland*ē* ac benign*ē* recēpit. Rēx Albānus lēgātīs Rōmānīs superb*ē* ac ferōc*iter* respondit. Horātiī et Cūriātiī nōn timid*ē*, sed fort*iter* pugnāvērunt. Duo Horātiī cit*ō* (celer*iter*) occīsī sunt, trēs Cūriātiī vulnerātī, duo magis aut min*us* grav*iter*, tertius lev*iter*. Subit*ō* Horātius, quī fēlīc*iter* incolumis erat, fugere coepit. Albānī nōn aequ*ē* vēlōc*iter* sequī potuērunt: quī levissim*ē* vulnerātus erat, vēlōcissim*ē* currēbat et continu*ō* occīsus est, cum long*ē* abesset ā cēterīs; quī gravissim*ē* vulnerātus erat, postrēm*ō* occīsus est. Cert*ē* Horātius fort*ius* ac prūdent*ius* pugnāvit quam cēterī: is omnium fortissim*ē* ac prūdentissim*ē* pugnāvit; sed postquam ita glōriōs*ē* patriam servāvit, sorōrem suam, quae Cūriātium flēbil*iter* nōmināverat, crūdēl*iter* interfēcit!

Posteā Tullus ēgregi*ē* cum hostibus pugnāvit, etsī Albānī sociōs Rōmānōs turp*iter* (foed*ē*) dēseruerant. Tullus ducem Albānum sevēr*ē* atque atrōc*iter* pūnīvit. Nēmō Rōmānus hostem sevēr*ius* aut atrōc*ius* pūnīvit quam Tullus.

Numa iūst*ē* et prūdent*er* rēgnāvit deōsque dīligent*er* coluit. Rōmulus et Tatius commūn*iter* rēgnāvērunt, nec Rōmulus mortem Tatiī molest*ē* (aegr*ē*) tulit.

Malus discipulus, quī mal*e* ac prāv*ē* scrībit, rār*ō* laudātur; bonus discipulus, quī b*ene* ac rēct*ē* scrībit nōn sōlum Graec*ē*, sed etiam Latīn*ē*, frequent*er* laudātur.

PENSVM B

Ancus iūs *fētiāle* scrīpsit quō bellum indīcitur. Latīnīs bellum indictum est, postquam lēgātus deōs *testātus* est populum Latīnum adversus populum Rōmānum *dēlīquisse* [= male fēcisse] et plērīque senātōrēs *cōnsēnsērunt* [= in eandem sententiam iērunt]. Latīnīs victīs, Ancus ingentem praedam Rōmam *revēxit;* nec vērō Medulliam expugnāre potuit propter fīrmās *mūnītiōnēs* [< mūnīre]. Iāniculō adiectō urbem *amplificāvit* [= ampliōrem fēcit].

Patre mortuō, Lucumō, vir *strēnuus* [= impiger], omnium bonōrum *hērēs* factus est. Cum Etrūscī eum spernerent ut *exsule* ortum, uxor Tanaquīl, quae virum *honōrātum* [= decorātum] vidēre cupīvit, eī persuāsit ut Rōmam *commigrāret* cum omnibus *bonīs* [= fortūnīs] suīs. Aquila eī *pilleum* abstulit et *dīvīnitus* [= dīvīnē] in capite reposuit. Hoc *augurium* Tanaquīl, quae rērum caelestium *perīta* erat, laeta accēpit. Rōmae L.Tarquinius, quem dīvitiae *cōnspicuum* faciēbant, cīvēs sibi conciliābat *cōmiter* [= benignē] invītandō.

Equitātū auctō rēx Tarquinius cum Sabīnīs *cōnflīxit*. Eō proeliō *praecipua* fuit glōria equitum, quī ab lateribus *incurrērunt* ac Sabīnōs fūdērunt. Haec *fermē* [= ferē] est fōrmula *dēditiōnis:* "Dēditisne vōs, urbem, agrōs, *terminōs*, *dēlūbra* [= fāna], dīvīna hūmānaque omnia in populī Rōmānī *diciōnem?*" "Dēdimus."

Servius Tullius, quī *servā* [= ancillā] nātus esse dīcitur, magnā cūrā *ērudiēbātur* [= docēbātur]. In vestibulō rēgiae duo pāstōrēs *rīxam* simulant; vocātī ad rēgem alter rem ex *compositō* ōrdītur, alter secūrim in caput rēgis *dēicit*. Rēgīna, *arbitrīs* [= testibus] ēiectīs, Servium *properē* [= celeriter] *accīvit* [= arcessīvit]. Populō nūntiat 'rēgem nōn mortuum, sed *sōpītum* esse subitō *ictū;* interim Servium rēgis officiīs *fūnctūrum* esse.' Ita cēlātā morte opēs Serviī *fīrmāvit* [< fīrmus]. Servius rēx populum ex *cēnsū* [< cēnsēre] in V classēs *distribuit* [= discrīpsit]; singulae classēs ex *iūniōribus* et *seniōribus* cōnstant. Quamquam Servius magnō *cōnsēnsū* [< cōnsentīre] populī rēx *lēgitimus* [< lēx] dēclārātus erat, L. Tarquinius rēgnum *affectāre* nōn dēstitit; Tullia, quācum *nūptiīs* [< nūbere] iūnctus erat, eum *īnstīgābat* [= incitābat]. Postrēmō senātum per *praecōnem* in Cūriam coēgit ibique turpissimīs *contumēliīs* Serviō *maledīcere* orsus est. Huic ōrātiōnī Servius *intervēnit* cum *fautōribus* [< favēre] suīs, sed Tarquinius eum *arripuit* atque per gradūs *dēiēcit!* Tullia currum suum per corpus patris *sanguinulentum* [= cruentum] ēgisse fertur, neque id ā cēterō scelere *abhorret*.

Māne hominēs ē somnō *expergīscuntur*. Senēs māiōrēs *nātū* sunt quam iuvenēs. Mōtus membrōrum vinculīs *impedītur*. *Captīvus* est mīles captus. Discordia cīvīlis *sēditiō* dīcitur. Hominēs ferās *domāre* nōn possunt. Quī sōlus esse vult, locum *sēcrētum* petit. Caput ārdēns glōriam futūram *portendere* putābātur. Fabius

Pictor est rērum gestārum *scrīptor* antīquus. Servius cum prīmōribus Latīnōrum *hospitiīs* [< hospes] iūnctus erat. *Carpentum* est *vehiculum* [= currus] quod duās *rotās* habet ; bēstia quae currum vehit *iūmentum* dīcitur.

Synōnyma: uxor fīliī et *nurus;* dolus malus et *fraus;* īnsānia et *furor;* clam factus et *clandestīnus;* idōneus et *aptus;* illūstris et *inclutus;* rēgius et *rēgālis;* acerbus et *amārus;* ēlūdere et *frūstrārī;* quōmodo et quō *pactō*.

Contrāria: vetustās et *novitās;* iuventūs et *senectūs;* ēgredī et *ingredī;* pūblicē et *prīvātim*.

PENSVM C

1. Quōmodo fētiālis bellum indīcēbat? *Fētiālis hastam sanguineam in fīnēs hostium ēmittēbat.*
2. Quārē carcerem aedificāre necesse fuit? *Ut hominēs ā sceleribus dēterrērentur.*
3. Cūr Lucumō domī honōrem adipīscī nōn poterat? *Quia pregrīnus erat.*
4. Quī rēgēs peregrīnī Rōmae rēgnāvērunt? *Tatius et Numa et Tarquinius.*
5. Quot equitēs tum in exercitū Rōmānō erant? *Nōngentī tantum, sed Tarquinius numerum duplicāvit.*
6. Quibus condiciōnibus pāx cum Sabīnīs facta est? *Collātia Sabīnīs adēmpta est.*
7. Quāle prōdigium in rēgiā vīsum est? *Caput puerī dormientis ārsisse fertur.*
8. Quid caput Serviī ārdēns portendere putābātur? *Id eum rēgem futūrum esse portendere putābātur.*
9. Quōmodo rēx Tarquinius occīsus est? *Alter ex duōbus pāstōribus secūrim in caput rēgis dēiēcit.*
10. Quārē Tanaquīl mortem rēgis cēlāvit? *Tanaquil mortem rēgis cēlāvit, ut opēs Serviī firmāret.*
11. Quōs collēs Servius urbī Rōmae adiēcit? *Servius Quirīnālem Vīminālemque urbī adiēcit.*
12. Quālēs erant fīliae Serviī? *Altera mītis, altera ferōx.*
13. Quōmodo Servius rēgnō pulsus est? *Tarquinius Servium ē Cūriā ēiēcit.*

CAPITVLVM XLV

PENSVM A

Dē prōnōminibus

Qu*is* fuit rēx ill*e* ferōx qu*ī* Rōmā exāctus est? Tarquinius fuit, qu*em* Rōmānī 'Superbum' appellāvērunt. Is enim e*ōs* cīvēs qu*ōs* timēbat aut qu*ōrum* dīvitiās cupiēbat necāvit. Ill*ō* tempore nēm*ō* Rōmae tūtus erat. Cum Lucrētia, uxor c*uius*dam Collātīnī, ā fīliō ill*ius* rēgis stuprāta esset, Brūtus, c*uius* frāter ab e*ō*dem rēge necātus erat, h*ōc* modō iūrāvit: "Per h*unc* sanguinem iūrō: m*ē* qu*ā*cumque vī possim L. Tarquinium exsecūtūrum nec ill*um* nec ali*um* qu*em*quam rēgnāre Rōmae passūrum!" Tum rēgem ips*um* et līberōs e*ius* exēgit.

Ōrāculum ill*ud* Delphicum, c*ui* ips*e* deus Apollō praeest, clārius est quam ull*um* ali*ud* ōrāculum neque rēx Tarquinius ūll*ī* ali*ī* ōrāculō crēdēbat.

Sextus qu*en*dam nūntium ad rēgem mīsit, nec vērō rēx h*uic* nūntiō cōnfīdēbat. Sextus ab e*ō* quaesīvit: "Qu*id* rēx t*ibi* respondit cum t*ē* recēpisset?" Nūntius: "In hortum exiit m*ē* sequente nec qu*id*quam m*ihi* respondit." Nūntius dīxit 'rēgem n*ihil* s*ibi* respondisse.'

Rōmulō mortuō patrēs inter s*ē* certābant qu*is* e*ōrum* Rōmae rēgnāret. Omnibus placēbat aliqu*od* caput cīvitātis esse, nec vērō qu*is*quam alter*ī* concēdere volēbat. E*ō* tempore Numa Curibus habitābat; e*um* populus Rōmānus rēgem creāvit, ac patrēs, cum nēmin*em* ill*ī* virō praeferre audērent, e*ī* rēgnum trādidērunt. Tum augur h*aec* verba locūtus est: "Iuppiter pater, sī est fās h*unc* Numam Pompilium, c*uius* eg*o* caput teneō, rēgem Rōmae esse, utī t*ū* signa certa dēclārēs inter e*ōs* fīnēs qu*ōs* fēcī!"

PENSVM B

Tarquinius Superbus prīmōrēs suspectōs et *invīsōs* [↔ dīlēctōs] occīdit aut in *exsilium* ēgit; ita senātōrum numerō *imminūtō* [= minūtō], senātus *expers* potestātis [= sine potestāte] erat, et rēx ipse per sē rem pūblicam *administrābat*.

Cum Turnus *minās* in rēgem Rōmānum iactāvisset, rēx allātō falsō crīmine virum *īnsontem* [= sine culpā] oppressit: gladiōs multōs ad eum *convehī* [= cōnferrī] iussit, quibus inventīs *manifēsta* [↔ dubia] rēs vīsa est.

Rēx praedam largiendō animōs cīvium *lēnīre* [= mītigāre] studēbat, quī sē *opificēs* [= operāriōs] prō *bellātōribus* factōs esse *indignābantur* [= indignum putābant]; sed cum Ardeam vī capere nōn posset, urbem *obsidēre* coepit. Ibi cum dē uxōribus *mentiō* facta esset, Collātīnus dīxit 'Lucrētiam suam *castissimam* esse'; iuvenēs Rōmam properāvērunt, ubi uxōrēs suās in *epulīs* [= cēnā] et luxū tempus *terentēs* invēnērunt; Lucrētia vērō nocte *sērā* inter ancillās labōrābat. Postquam Sextus Tarquinius Lucrētiam *stuprāvit* [= violāvit], Brūtus per sanguinem Lucrētiae *iūrāvit* 'sē rēgem cum coniuge et *prōle* [= stirpe] Rōmā *exāctūrum* esse.' Ōrātiōne habitā dē vī ac *libīdine* Sex.Tarquiniī, dē *stuprō* Lucrētiae nefandō, dē *saevitiā* [< saevus] rēgis nōn *tolerandā* [= ferendā] ac dē plēbis *miseriīs* [< miser], Brūtus haud *difficulter* [↔ facile] Rōmānīs persuāsit ut imperium rēgī *abrogārent*.

Hostis *īnsolēns* [= audāx et superbus] semper parātus est ad *rebellandum* [= bellum renovandum]. Cohors cōnstat ex III *manipulīs*. *Ōrāculum* est locus ubi fātum dīvīnitus praedīcitur *sortibus*. Vir *honestus* [< honor] nōn *peccat* [= dēlinquit].

Synōnyma: potentia et *auctōritās;* iuventūs et *iuventa;* pudīcitia et *castitās;* culpa et *noxa;* peccātum et *dēlictum;* fūnus et *exsequiae;* iactūra et *damnum;* fīdus et *fidēlis;* vacuus et *inānis;* tuērī et *prōtegere;* interrogāre et *scīscitārī;* cōgitāre et *dēlīberāre;* trucīdāre et *iugulāre;* properāre et *mātūrāre;* fluere et *mānāre;* premere et *urgēre;* cōnsentīre cum aliquō et *assentīre* alicui; in eundem locum et *eōdem;* profectō et *enimvērō;* ūllō locō et *usquam;* apud et *penes;* suā sponte et *ultrō*.

Contrāria: stultitia et *prūdentia;* decus et *dēdecus;* amīcitia et *simultās;* coāctus et *voluntārius;* pudīcus et *impudīcus*.

PENSVM C

1. Cūr ultimus rēx 'Superbus' appellābātur? *Quia socerum sepelīrī vetuit et prīmōrēs patrum interfēcit.*
2. Quid Tarquinius Latīnīs indīxit? *Iīs indīxit ut prīmā lūce ad lūcum Ferentīnae convenīrent.*
3. Num Latīnī rēgem patienter exspectābant? *Immō Latīnī rēgem impatienter exspectābant.*
4. Quōmodo Tarquinius Turnum suspectum fēcit? *In hospitium Turnī multōs gladiōs īnferrī iussit.*
5. Quārē Sextus Tarquinius Gabiōs trānsfūgit? *Ut ā Gabīnīs dux bellī factus cīvitātem Rōmānīs dēderet.*
6. Quid Tarquinius nūntiō fīliī respondit? *Nihil verbīs respondit, sed summa papāverum capita dēcussit!*
7. Quōmodo Gabiī rēgī Rōmānō trāditī sunt? *Prīmōribus cīvitātis interfectīs, Gabiī sine pugnā trāditī sunt.*
8. Quod portentum in rēgiā vīsum est? *Anguis ex columnā ligneā ēlāpsus est.*
9. Quōs Tarquinius Delphōs ad ōrāculum mīsit? *Rēx fīliōs Titum et Arruntem cum Brūtō Delphōs mīsit.*
10. Quārē Brūtus stultitiam simulābat? *Stultitiam simulāvit, nē ā Tarquiniō interficerētur.*
11. Cūr Brūtus terram ōsculātus est? *Ita ōrāculō pāruit, nam terra 'māter' est omnium mortālium!*
12. Quam ob rem Tarquinius Ardeam oppugnāvit? *Rēx dīvitiās cīvitātis cupiēbat.*
13. Aerāriumne plēnum erat pecūniae? *Aerārium exhaustum erat magnificentiā pūblicōrum operum.*
14. Quōmodo iuvenēs rēgiī in castrīs tempus terēbant? *Iuvenēs rēgiī convīviīs ōtium terēbant.*
15. Quō iuvenēs rēgiī ex castrīs profectī sunt? *Rōmam profectī sunt et inde Collātiam.*
16. Quōmodo uxōrēs eōrum tempus terēbant? *Nurūs rēgiae in luxū et convīviīs tempus terēbant. Collātīnī uxor lānae dēdita erat.*
17. Quae fuit uxor castissima? *Lucrētia, uxor Collātīnī.*
18. Cūr Lucrētia se ipsa interfēcit? *Quia stuprum passa erat.*
19. Quid Brūtus per sanguinem Lucrētiae iūrāvit? *Iūrāvit 'sē rēgem Rōmā exāctūrum esse.'*
20. Quī prīmī cōnsulēs fuērunt? *L. Iūnius Brūtus et L. Tarquinius Collātīnus.*

CAPITVLVM XLVI

PENSVM A

Dē numerīs

Līvius scrīpsit *centum quadrāgintā duōs* [CXLII] librōs 'Ab urbe conditā', quōrum *trīgintā quīnque* [XXXV] tantum cōnservātī sunt, *centum* et *septem* [CVII] periērunt.

Tarquinius, *septimus* [VII] rēx Rōmānus, ā Brūtō expulsus est annō ab urbe conditā *ducentēsimō quadrāgēsimō quārtō* [CCXLIV], et prō *ūnō* [I] rēge *duo* [II] cōnsulēs creātī sunt. Ex eō tempore quotannīs *bīnī* [II...] cōnsulēs creābantur.

Annō ab urbe conditā *quadringentēsimō nōnāgēsimō* [CCCCXC] bellum Pūnicum *prīmum* [I] ortum est. Annō *vīcēsimō tertiō* [XXIII] eius bellī Poenī proeliō nāvālī dēvictī sunt: *sexāgintā trēs* [LXIII] nāvēs eōrum captae sunt, *centum vīgintī quīnque* [CXXV] dēmersae, *trīgintā duo* [XXXII] mīlia hostium capta, *trēdecim* [XIII] mīlia occīsa; ex classe Rōmānā *duodecim* [XII] nāvēs dēmersae. Pugnātum est ante diem *sextum* [VI] īdūs Mārtiās, id est diē *decimō* [X] mēnsis Mārtiī.

Legiōnēs Rōmānae in *dēnās* [X...] cohortēs dīviduntur, cohortēs in *ternōs* [III...] manipulōs, manipulī in *bīnās* [II...] centuriās. In *singulīs* [I...] legiōnibus sunt *quaterna* [IV...] vel *quīna* [V..] mīlia hominum, quibus *sēnī* [VI...] tribūnī mīlitum praefectī sunt.

Bis bīna [2×2] sunt *quattuor*. *Ter sēna* [3×6] sunt *duodēvīgintī*. *Quater quīna* [4×5] sunt *vīgintī*. *Quīnquiēs dēna* [5×10] sunt *quīnquāgintā*.

PENSVM B

Tarquinius Collātīnus, L. Brūtī *collēga*, cum omnī *patrimōniō* suō Rōmā migrāvit. Brūtus et Arrūns *invicem* sē occīdērunt. Coriolānus ad quīntum *mīliārium* ab urbe prōcessit, sed mātris et uxōris flētū superātus *retrō* sē recēpit. Cincinnātus, quī agrum IV *iūgerum* possidēbat, ab arātrō dictātor factus est (*dictātūra* est dignitās māior quam *cōnsulātus*); ergō *sūdōre* dētersō togam *praetextam* accēpit. M. Valeriō adversus Gallum prōcēdentī *corvus* super bracchium sēdit atque oculōs Gallī ālīs et *unguibus* verberāvit. Ap. Claudius *cēnsor* [< cēnsēre] viam Appiam strāvit. Samnītēs Rōmānōs victōs sub *iugum* mīsērunt.

Pyrrhus captīvōs Rōmānōs *honōrificē* [= magnō honōre] *tractāvit*, sed senātus eōs *īnfāmēs* habērī iussit. Fabricius medicum, quī sē Pyrrhum *venēnō* occīsūrum prōmīserat, *repudiāvit* [= dīmīsit]; rēx cum hoc *comperisset* [= cognōvisset], *honestātem* [< honestus] Fabriciī valdē admīrātus est.

Cōnsulēs Rōmānī Poenōs proeliō *nāvālī* vīcērunt, sed cum *victrīcī* classe redeuntēs *naufragium* passī sunt; nec tamen animī Rōmānōrum hāc *calamitāte* īnfrāctī sunt. Bellō Pūnicō *trānsāctō* [= perāctō], rēx Hierō ducenta mīlia *modiōrum* trīticī populō Rōmānō *praestitit* [= praebuit].

Tīrō est novus mīles. Pānis albus ex *trīticō* efficitur.

Synōnyma: III annī et *triennium;* IV annī et *quadriennium;* ferōx et *trux;* immēnsus et *īnfīnītus;* magnus et *grandis;* cōnspicuus et *īnsignis;* senēscere et *cōnsenēscere;* ulcīscī et *vindicāre;* pārēre et *obsequī;* condemnāre et *damnāre;* fallere et *dēcipere*.

Contrāria: prōgredī et *regredī;* cessāre et *persevērāre*.

PENSVM C

1. Quid ēgit Tarquinius Rōmā expulsus? *Bellum intulit Rōmae, ut in rēgnum restituerētur.*
2. Quōmodo periit L. Brūtus? *Brūtus et Arrūns in proeliō invicem sē interfēcērunt.*

3. Quid trecentīs Fabiīs accidit? *Omnēs praeter ūnum in proeliō interfectī sunt.*
4. Ubi senātōrēs Cincinnātum invēnērunt? *Cincinnātum arantem invēnērunt et dictātōrem fēcērunt.*
5. Cūr decemvirīs potestās sublāta est? *Quia ūnus ex iīs fīliam Verginiī stuprāre cōnātus erat.*
6. Tōtamne urbem Rōmam Gallī occupāvērunt? *Gallī urbem Rōmam praeter Capitōlium occupāvērunt.*
7. Quōmodo Mānlius 'Torquātī' cognōmen accēpit? *Mānlius torquem Gallō occīsō adēmptum collō suō imposuit.*
8. Quid Ap. Claudius Caecus cēnsor fēcit? *Ap. Claudius cēnsor aquam Appiam indūxit et viam Appiam strāvit.*
9. Ā quibus Rōmānī sub iugum missī sunt? *Rōmānī ā Samnītibus victī sub iugum missī sunt.*
10. Cūr Pyrrhus Rōmānōs admīrābātur? *Quia mīlitēs Rōmānōs mortuōs cum adversō vulnere et trucī vultū iacēre vīdit.*
11. Quid medicus Pyrrhī prōmīsit? *Medicus Fabriciō prōmīsit 'sē Pyrrhum venēnō occīsūrum esse.'*
12. Quid ēgit Rēgulus postquam Rōmam missus est? *Rōmānīs suāsit nē pācem cum Poenīs facerent.*
13. Ubi Carthāginiēnsēs dēvictī sunt? *Proeliō nāvālī ad Aegātēs īnsulās dēvictī sunt.*
14. Quandō Iānus iterum clausus est? *Pāce factā T. Mānliō Torquātō C. Atīliō Bulbō cōnsulibus.*
15. Quis spolia opīma tertia cēpit? *M. Claudius Mārcellus cum rēgem Gallōrum suā manū occīdisset.*

CAPITVLVM XLVII

PENSVM A

Dē modīs verbōrum et participiīs

Porsenna, rēx Etrūscōrum, cum Iāniculum *cēpisset* [capere], virtūte Horātiī Coclitis *prohibitus* [prohibēre] est nē Tiberim *trānsīret* [trānsīre]. Quī, cum aliīs *imperāvisset* [imperāre] ut pontem *rescinderent* [rescindere], ipse prō ponte *stāns* [stāre] sōlus Etrūscōs *sustinuit* [sustinēre], et ponte *ruptō* [rumpere] in flūmen sē *mīsit* [mittere] ut ad suōs *natāret* [natāre]. Ob hoc factum statua eī in Comitiō *posita* [pōnere] est.

Cum Porsenna rēx urbem *obsidēret* [obsidēre], C. Mūcius senātum *adiit* [adīre] et patribus *pollicitus* [pollicērī] est 'sē rēgem *occīsūrum* [occīdere] esse'. Cum ad hostēs *trānsfūgisset* [trānsfugere] et in castra rēgis *intrāvisset* [intrāre], ut prōmissum *solveret* [solvere], alium virum prō rēge *occīdit* [occīdere]. Ā custōdibus *apprehēnsus* [apprehendere] et ad rēgem *tractus* [trahere] dextram ignī *impositam* [impōnere] *exussit* [exūrere]; ita manum *pūnīvit* [pūnīre] quae (: cum) in caede *peccāvisset* [peccāre]. Hāc virī cōnstantiā rēx ita *permōtus* [permovēre] est ut Mūcium *līberāret* [līberāre] et lēgātōs Rōmam *mitteret* [mittere] quī (: ut) pācem *compōnerent* [compōnere]. Patrēs Mūciō virtūtis causā trāns Tiberim agrum *dedērunt* [dare].

PENSVM B

In hōc *commentāriō* A. Gellius collēgit ea quae *excerpsit* ex librīs *annālibus* [= chronicīs] dē temporibus quibus *flōruērunt* Graecī Rōmānīque illūstrēs.

Ad annum *ducentēsimum sexāgēsimum* [= CCLX] a.u.c. Aeschylus Athēnīs *tragoediās* scrībere coepit et *celebrātus* [= nōbilitātus] est; eōdem tempore Coriolānus, ā tribūnīs plēbis *vexātus* [= male tractātus], ad Volscōs ā Rōmānīs *dēscīvit*. M. Mānlius Gallōs in *obsidiōne* [< obsidēre] Capitōliī obrēpentēs *dēpulit*, sed posteā rēgnum affectāvisse *convictus* est.

Alexander in Asiam *trānsgressus* est [= trānsiit] et *plērāque* [= māiōre] parte Orientis subāctā mortem *obiit*.

Cēnsōrēs ad nōmen P. Cornēliī Rūfīnī *notam* apposuērunt et causam *subscrīpsērunt* 'quod argentī factī X pondō *lībrās* habēret'. Annō *quīngentēsimō ūndēvīcēsimō* [DXIX] a.u.c. Sp. Carvilius Rūga prīmus Rōmae *dīvortium* cum uxōre fēcit. Lūcīlius aliōs poētās *obtrectāvit* in *poēmatīs* suīs.

Anus, postquam trēs librōs *exussit* [= deussit], rēgem *percontāta* est 'num reliquōs eōdem pretiō *mercārī* [= emere] vellet?' Rēx, quī prīmō 'anum *dēlīrāre* [= furere]' dīxerat, iam *cōnstantiam* [< cōnstāns] et *cōnfīdentiam* [< cōnfīdēns] eius admīrābātur.

'Mehercule' est *iūs iūrandum* per Herculem.

Synōnyma: diūturnus et *diūtinus;* vēndere et *vēnundare;* certē et sine *dubiō*.

Contrāria: cōmicus et *tragicus;* fertilis et *sterilis;* sapere et *dēsipere;* cautē et *temere*.

PENSVM C

1. Ā quō incipit A. Gellius? *Incipit ā Solōne.*
2. Cūr nōn ab Homērō incipit? *Quia Homērus multīs annīs ante Rōmam conditam vīxisse cōnstat.*
3. Quandō Solō lēgēs Athēniēnsibus scrīpsit? *Solō lēgēs scrīpsit Tarquiniō Prīscō Rōmae rēgnante.*
4. Quid Tarquiniō Superbō rēgnante factum est Athēnīs? *Eō tempore Harmodius et Aristogītōn Hipparchum tyrannum occīdērunt.*
5. Quō duce Persae ad Marathōnem victī sunt? *Persae Miltiade duce victī sunt ad Marathōnem.*
6. Ubi Athēniēnsēs classem Persārum vīcērunt? *Classis Persārum ad īnsulam Salamīna victa est.*
7. Quot tabulās lēgum decemvirī scrīpsērunt? *Decemvirī duodecim tabulās lēgum scrīpsērunt.*
8. Quōmodo Sōcratēs mortem obiit? *Sōcratēs capitis damnātus venēnum bibere coāctus est.*
9. Cūr M. Mānlius capitis damnātus est? *Quia rēgnum affectāvisse convictus erat.*
10. Platō et Aristotelēs quī fuērunt? *Platō et Aristotelēs philosophī Graecī fuērunt.*
11. Quō Alexander trānsgressus est et quid ēgit? *Trānsgressus in Asiam magnam Orientis partem subēgit.*
12. Cūr P. Cornēlius Rūfīnus senātū mōtus est? *Quod cēnae grātiā decem pondō lībrās argentī habēbat.*
13. Quid scrīpsit Menander? *Cōmoediās scrīpsit.*

14. Quis Rōmae prīmus dīvortium fēcit et quārē? *Carvilius Rūga dīvortium fēcit cum uxor sterilis esset.*

15. Plautus quis fuit et quandō flōruit? *Plautus poēta cōmicus fuit quī bellō Pūnicō secundō flōruit.*

CAPITVLVM XLVIII

PENSVM A

Supplenda sunt themata quae dēsunt:

tegere tēxisse tēctum; cingere cinxisse cīnctum; cōnflīgere cōnflīxisse cōnflīctum; exstinguere exstīnxisse exstīnctum; stringere strīnxisse strictum; pingere pīnxisse pictum; ērigere ērēxisse ērēctum; augēre auxisse auctum; dēstruere dēstrūxisse dēstrūctum; laedere laesisse laesum; invādere invāsisse invāsum; ēlūdere ēlūsisse ēlūsum; sentīre sēnsisse sēnsum; suādēre suāsisse; excēdere excessisse; haerēre haesisse; haurīre hausisse haustum; manēre mānsisse; opprimere oppressisse oppressum; dētergēre dētersisse dētersum; reficere refēcisse refectum; adicere adiēcisse adiectum; recipere recēpisse receptum; adimere adēmisse adēmptum; gignere genuisse genitum; accumbere accubuisse accubitum; pallēscere palluisse; sonāre sonuisse; domāre domuisse domitum; increpāre increpuisse; cōnscīscere cōnscīvisse cōnscītum; inquīrere inquīsīvisse inquīsītum; sepelīre sepelīvisse sepultum; colligere collēgisse collēctum; exigere exēgisse exāctum; cōgere coēgisse coāctum; fundere fūdisse fūsum; relinquere relīquisse relictum; contingere contigisse contāctum; incendere incendisse incēnsum; tribuere tribuisse tribūtum; concurrere concurrisse concursum; pandere pandisse passum; comperīre comperisse compertum; expellere expulisse expulsum; resistere restitisse; parere peperisse partum; fallere fefellisse falsum; ēdere ēdidisse ēditum; dēlēre dēlēvisse dēlētum; complēre complēvisse complētum; dēcernere dēcrēvisse dēcrētum; crēscere crēvisse; colere coluisse cultum; cōnsulere cōnsuluisse cōnsultum; corripere corripuisse correptum; torrēre torruisse tōstum; fungī fūnctum; patī passum; ēgredī ēgressum; complectī complexum; orīrī ortum; experīrī expertum; ulcīscī ultum; adipīscī adeptum; rērī ratum.

PENSVM B

Hannibal puer, cum patrī *blandīrētur* ut sē dūceret in Hispāniam, iūre iūrandō *adāctus* est 'sē semper hostem fore Rōmānīs'. Patre mortuō Hannibal *vixdum* [= vix adhūc] pūbēs in Hispāniam missus est, ut mīlitiae *adsuēsceret* et in locum patris *succēderet*. Omnium *assēnsū* [< assentīre] dux dēclārātus prīmum aliās gentēs domuit, tum Saguntum *circumsedēre* [= obsidēre] coepit. Iam mūrī *arietibus* feriēbantur, sed *oppidānī* [= cīvēs oppidī] fortiter *obsistēbant* hostēsque *submōvērunt* [= remōvērunt]. Per paucōs diēs obsidiō magis quam *oppugnātiō* fuit, nec vērō ab *apparātū* [< apparāre] mūnītiōnum cessāvērunt. Pugnā renovātā, mūrī et turrēs *quassātae* sunt et cum fragōre ingentī *prōcidērunt;* utrimque prōcursum est, Poenōs spēs, Saguntīnōs *dēspērātiō* incitābat; oppidānīs minuēbātur *exspectātiō* [< exspectāre] opis, cum tam procul Rōma, *ūnica* spēs, esset. Audītīs pācis condiciōnibus, prīmōrēs in ignem *sēmet* [= sē] ipsī praecipitāvērunt; inde cum pavor tōtam urbem *pervāsisset* ac mūrī sine *statiōnibus* cūstōdiīsque *solitīs* [< solēre] essent, Poenī per ruīnam mūrī impetū factō urbem *mōmentō* temporis cēpērunt.

Post *excidium* Saguntī tantus *maeror* [< maerēre] et metus dē *summā* rērum Rōmānōs cēpit ut trepidārent magis quam *cōnsultārent*. Māximīs cōpiīs *comparātīs*, bellum Poenīs indictum est. Vēre Hannibal exercitum ex *hībernīs* ēdūxit atque Alpēs *trānscendit* [= trānsiit]. Post *trānsitum* [< trānsīre] *labōriōsum* [= magnī labōris] Rōmānōs *equestrī* [< equus] proeliō vīcit. Ad Trasumennum Hannibal, equitibus ad *faucēs* [= angustiās] locātīs et levī *armātūrā* post montēs circumductā, Rōmānōs *circumvēnit* [= circumdedit] antequam aciem īnstruere et arma *expedīre* possent. Rōmae cum turba *inquīreret* [= quaereret] 'quae *repēns* [= repentīna] clādēs allāta esset?' M. Pompōnius *praetor* "Pugnā magnā" inquit "victī sumus." Duae mātrēs, cum praeter spem fīliōs *sōspitēs* [= salvōs] vīdissent, gaudiō *exanimātae* sunt [= exspīrāvērunt]. Fabiō Māximō dictātōrī mandātum est ut praesidia certīs locīs *dispōneret* et pontēs *rescinderet*. Fabius novīs cōnsulibus suāsit ut proelium *differrent*, quia sciēbat Hannibalem, ducem *callidum*, aliter vincī *nequīre* [= nōn posse]. Sed ob *impatientiam* Varrōnis cōnsulis proeliō commissō, Rōmānī *incautē* [= temere] in medium irruentēs inclūsī et victī sunt. Alter cōnsul, quī prīmō proeliō *fundā* ictus erat, postrēmō tēlīs *obrutus* est. *Reliquiae* [< reliquus] exercitūs Canusium perfūgērunt.

Māgō in senātū Carthāginiēnsī dīxit 'prō victōriīs dīs *grātēs* [= grātiās] agendās esse et *supplēmentum* [< supplēre], pecūniam, *commeātum* Hannibalī mittendum'; sed Hannō eī *contrādīxit* et Hannibalem *crīminātus* est [= incūsāvit].

Hannibal revocātus dīxit 'sē *obtrectātiōne* atque invidiā senātūs Carthāginiēnsis victum esse', et sīc Hannōnem *castīgāvit* [= reprehendit]: "Nec hāc *dēfōrmitāte* [= foeditāte] *reditūs* [< redīre] meī tam P. Scīpiō *exsultābit* quam Hannō..."

Carthāginiēnsibus dēvictīs *indūtiae* in trēs mēnsēs datae sunt. Pāx facta est hīs lēgibus: ut *perfugās* fugitīvōsque et captīvōs redderent; nāvēs longās praeter X *trirēmēs* trāderent; X mīlia talentum argentī et C *obsidēs* darent.

Quod senātus dēcrēvit senātūs *cōnsultum* dīcitur. *Cōnsulāris* est quī cōnsul fuit, quī praetor fuit *praetōrius*. *Aedīlis* est magistrātus quī viās, aedēs, lūdōs cūrat. Novī cōnsulēs dē prōvinciīs *sortiuntur* [< sors]. Eques properāns equō *calcāria subdit*. Difficile est longitūdinem flūminis *mētīrī*.

Synōnyma: hostia et *victima;* virga et *sarmentum;* mūnītiō et *mūnīmentum;* stīpes et *pālus;* memorandus et *memorābilis;* dēnsus et *cōnfertus;* errāns et *vagus;*

lūgubris et *fūnestus*; tolerandus et *tolerābilis*; operam dare et *nītī*; indūcere et *intrōdūcere*; ēminēre et *prōminēre*; dēfungī et *perfungī*; cēnāre et *epulārī*; dēterrēre et *absterrēre*; explōrāre et *speculārī*; nēquāquam et *haudquāquam*; sine perīculō et *tūtō*; nec adhūc et *necdum*; scīlicet et *vidēlicet*; num quis et *ecquis*; aliō locō et *alibī*.

Contrāria: virtūs et *vitium*; somnus et *vigiliae*; invītus et *libēns*; remōvēre et *prōmovēre*; sequī et *praecēdere*.

PENSVM C

1. Quid Hannibal puer iūrāvit? *Iūrāvit 'sē semper hostem fore populō Rōmānō!'*
2. Cūr Rōmānī Poenīs bellum indīxērunt? *Bellum indīxērunt cum Poenī Saguntum expugnāvissent.*
3. Quōs montēs Hannibal trānscendit ut in Italiam pervenīret? *Pȳrēnaeum et Alpēs trānscendit.*
4. Quid factum est ad lacum Trasumennum? *Exercitus Rōmānus ab Hannibale victus et C. Flāminius cōnsul occīsus est.*
5. Quōmodo Rōmānī nūntium clādis accēpērunt? *Concursus populī in forum factus est cum ingentī terrōre.*
6. Quōmodo Q. Fabius Māximus Hannibalī resistēbat? *Fabius Māximus cum Hannibale cōnflīgere nōlēbat.*
7. Ubi Paulus et Varrō cum Hannibale cōnflīxērunt? *Ad Cannās vīcum in Āpūliā.*
8. Cūr peditēs Rōmānī, quī Gallōs Hispānōsque impulerant, Āfrīs resistere nōn potuērunt? *Quia Rōmānī incautē in medium irruentēs ab Āfrīs circumventī sunt.*
9. Uter cōnsul eō proeliō occīsus est? *L. Aemilius Paulus proeliō Cannēnsī occīsus est.*
10. Quot equitēs cōnsulem fugientem secūtī sunt? *Alterum cōnsulem Venusiam perfugientem quīnquāgintā ferē equitēs secūtī sunt.*
11. Num Hannibal inde exercitum dūxit Rōmam? *Hannibal nōn statim adversus Rōmam profectus est, prīmum in Campāniam exercitum mōvit.*
12. Quis nūntium victōriae Carthāginem tulit? *Māgō, frāter Hannibalis, victōriam nūntiāvit.*
13. Quid Māgō ā senātū Carthāginiēnsī petīvit? *Petīvit ut Hannibalī supplēmentum mitterētur.*
14. Num omnis senātus Māgōnī assentiēbat? *Ūnus Hannō Māgōnī contrādīxit.*
15. Quis prīmum Hannibalem vīcit in Italiā? *Claudius Mārcellus prīmus exercitum Hannibalis in Italiā vīcit ad Nōlam oppidum.*
16. Cūr Masinissa Sophonisbae uxōrī venēnum mīsit? *Masinissa ā Scīpiōne castīgātus est quod Sophonisbam, fīliam Hadrubalis, uxōrem dūxisset.*
17. Quandō Hannibal ex Italiā revocātus est? *Revocātus est postquam Scīpiō Poenōs in Āfricā vīcit.*
18. Ā quō Hannibal victus est in Āfricā? *Victus est ā Scīpiōne adiuvante Masinissā.*
19. Quid Hannibal in senātū Carthāginiēnsī fassus est? *Fassus est 'sē bellō victum esse'.*
20. Quibus condiciōnibus pāx composita est? *Poenīs pāx data est hīs condiciōnibus: ut nāvēs longās trāderent, decem mīlia talentum solverent, nēve bellum iniussū populī Rōmānī gererent.*
21. Quō cognōmine nōbilitātus est Scīpiō? *Scīpiō cognōmine 'Āfricānī' nōbilitātus est.*

CAPITVLVM XLIX

PENSVM A

Dē praepositiōnibus

Annō ab urb*e* condit*ā* CCLXI, post rēg*ēs* exāct*ōs* XVII, Coriolī oppidum Volscōrum captum est ā Cn. Mārci*ō*, quī cum mīlit*ibus* dēlēct*īs* per patent*ēs* port*ās* irrūpit et propter h*oc* fact*um* Coriolānus vocātus est. Ille vērō, etsī bene prō patri*ā* pugnāverat, ā cīv*ibus* in exsili*um* pulsus ad ips*ōs* Volsc*ōs* cōnfūgit eōsque contrā Rōmān*ōs* concitāvit. Exercitum adversus patri*am* dūxit et castra posuit prope Rōm*am* iūxtā vi*am* Appi*am*. Lēgātī ad e*um* Rōm*ā* (ex urb*e* Rōm*ā*) dē pāc*e* missī sine respōns*ō* revertērunt. Postrēmō māter et uxor eius, quae Rōm*ae* relictae erant, cum duōbus parv*īs* fīli*īs* ad castr*a* vēnērunt. Coriolānus, cum mātrem suam inter uxōr*em* et fīli*ōs* stantem cōnspexisset, intrā vāll*um* eōs recēpit. Ob amōr*em* ergā mātr*em* et coniug*em* et līber*ōs* su*ōs* Coriolānus īram in patri*am* oblītus est; nēmō praeter mulier*ēs* animum virī frangere potuit.

Contrāria: ex urb*e* et *in* urb*em*; ā vīll*ā* et *ad* vīll*am*; cum equ*ō* et *sine* equ*ō*; ante templ*um* et *post* templ*um*; contrā patri*am* et *prō* patri*ā*; extrā moeni*a* et *intrā* moeni*a*; procul *ab* oppid*ō* et *prope* oppid*um*; suprā cael*um* et *īnfrā* cael*um*; citrā fluvi*um* et *ultrā* fluvi*um*; super terr*am* et *sub* terr*ā*.

PENSVM B

In librō suō dē *excellentibus* ducibus Cornēlius Nepōs dīcit 'populum Rōmānum cēterās *nātiōnēs* [= gentēs] fortitūdine *antecēdere*.'

Hannibal, *posteāquam* [= postquam] expugnāvit Saguntum, cīvitātem *foederātam* [< foedus], Alpēs, quae Galliam ab Italiā *sēiungunt*, trānsiit et identidem cum Rōmānīs manum *cōnseruit* eōsque *prōflīgāvit* [= dēvīcit]. Nihilō *sētius/minus* ā Scīpiōne victus est, cum patriae *facultātēs* [= opēs] exhaustae essent. Domī Hannibal novīs *vectīgālibus* pecūniam comparāvit, quae Rōmānīs *pendenda* [= solvenda] erat. Cum dēposcerētur, in Syriam profūgit, atque bona eius *pūblicāta* sunt. Inde in Crētam vēnit, ut *cōnsiderāret* [= reputāret] quid ageret. Crētēnsibus avārīs sīc *verba* dedit: *amphorās* fictilēs *plumbō* complēvit, summīs aurō opertīs, et aurum suum in statuās *aēneās* [= aereās] abdidit. Tum ad Prūsiam vēnit, quī *dissidēbat* [= dissentiēbat] ā rēge Eumene et saepe cum eō *congressus* erat et marī et terrā; sed *utrobīque* Eumenēs *rōbustior* [= validior] erat. Hannibal eum dolō vīcit, cum venēnātās *serpentēs* in vāsa *fictilia* abditās in nāvēs eius coniēcisset. Nec tum sōlum, sed saepe *aliās* Hannibal *adversāriōs* [= hostēs] pepulit. Dēnique ā

Rōmānīs circumventus venēnum, quod semper sēcum ferre _cōnsuēverat_ [= solēbat], sūmpsit, nē _arbitriō_ Rōmānōrum perīret.

Senātōrēs 'patrēs _cōnscrīptī_' vocantur. _Hērēditās_ est quod hērēdī lēgātur. Īnfāns quī nōndum ambulāre didicit manibus et genibus _rēpit_. Stēllae _innumerābilēs_ sunt [= numerārī nōn possunt]. Ovidius est poēta _ēlegāns_ et urbānus.

Synōnyma: mors et _obitus;_ damnum et _dētrīmentum;_ duo diēs et _bīduum;_ imperium et _praeceptum;_ mōs et _cōnsuētūdō;_ magister et _doctor;_ antīquus et _prīstinus;_ negāre et _īnfitiārī;_ egēre et _indigēre;_ īnsidiās parāre et _īnsidiārī;_ ēvenīre et _ūsū_ venīre; adimere et _eximere;_ pererrāre et _peragrāre;_ forte et _fortuītō;_ haud paulum et _nōnnihil_.

Contrāria: fidēs et _suspīciō;_ ōtiōsus et _districtus;_ fīrmāre et _dēbilitāre_.

PENSVM C

1. Quam ob rem Hannibal victus est? _Hannibal obtrectātiōne suōrum cīvium victus est._
2. Quō Hannibal ex patriā profūgit? _In Syriam ad rēgem Antiochum profūgit._
3. Quā poenā Poenī eum profugum affēcērunt? _Bona eius publicāvērunt, domum disiēcērunt et ipsum exsulem iūdicāvērunt._
4. Quid Hannibal regī Antiochō suādēbat? _Rēgī suādēbat ut bellum Rōmānīs faceret._
5. Num Antiochus cōnsiliīs eius pāruit? _Antiochus Hannibalī nōn pāruit, et ā Rōmānīs victus est._
6. Quārē Hannibal ē Syriā in Crētam vēnit? _Hannibal verēbātur nē Rōmānīs dēderētur._
7. Quōmodo pecūniam suam ā Crētēnsibus cōnservāvit? _Amphorās plumbō complēvit summīs aurō opertīs, atque aurum in statuās aēneās abdidit_
8. Quō Hannibal ē Crētā sē contulit? _Ē Crētā Hannibal in Bīthȳniam ad rēgem Prūsiam profectus est._
9. Quōcum rēx Prūsiās bellum gerēbat? _Prūsiās cum Eumene, rēge Pergamī, bellum gerēbat._
10. Quōmodo Hannibal classem Eumenis pepulit? _Serpentēs venēnātās in nāvēs Pergamēnās coniēcit._
11. Quōmodo Rōmānī Hannibalem in Bīthȳniā repperērunt? _Lēgātus Prūsiae Rōmānīs dīxit 'Hannibalem in Bīthȳniā esse.'_
12. Num Prūsiās Hannibalem Rōmānīs dēdidit? _Rēx recūsāvit hospitem suum Rōmānīs dēdere._
13. Quāle erat castellum Hannibalis? _Castellum eius sīc aedificātum erat ut in omnibus partibus exitūs habēret._
14. Quōmodo Hannibal comperit sē ā Rōmānīs petī? _Puer eī nūntiāvit 'omnēs exitūs ā mīlitibus occupātōs esse.'_
15. Num Hannibal vīvus captus est ā Flāminīnō? _Hannibal circumventus venēnum sūmpsit nē ā Rōmānīs caperētur._
16. Quem Hannibal māximum imperātōrem dūcēbat? _Hannibal Alexandrum, Macedonum rēgem, māximum imperātōrem dūcēbat._

CAPITVLVM L

PENSVM A

Verte ōrātiōnem rēctam in oblīquam:

Augustus: "Marmoream relinquō urbem quam latericiam accēpī." Augustus glōriātus est 'Marmoream _sē_ relinqu_ere_ urbem quam latericiam accēp_isset_'.

Nerō: "Postquam domum mihi aedificāvī, quasi homō tandem habitāre coepī!" Nerō dīxit '_sē_, postquam domum _sibi_ aedificāv_isset_, quasi hom_inem_ tandem habitāre coep_isse_.'

Horātius pater: "Ego fīliam meam iūre caesam iūdicō, quod hostium mortem lūgēbat." Horātius pater prōclāmāvit '_sē_ fīliam _suam_ iūre caesam iūdic_āre_, quod hostium mortem lūg_ēret_.'

Tarquinius: "Ego nōn rem novam petō, quia duo iam rēgēs peregrīnī Rōmae rēgnāvērunt." Tarquinius negāvit '_sē_ rem novam pet_ere_, quia duo iam rēgēs peregrīnī Rōmae rēgnāv_issent_.'

Tullia: "Nōn mihi dēfuit vir cum quō tacita serviēbam." Tullia dīcēbat 'nōn _sibi_ dēfu_isse_ vir_um_ cum quō tacita serv_īret_.'

Tarpēia: "Mercēdem postulō id quod in sinistrīs manibus habētis." Tarpēia mercēdem ā Sabīnīs postulāverat 'id quod in sinistrīs manibus hab_ērent_.'

Hamilcar: "Tē in castra mēcum dūcam, Hannibal, sī mihi fidem quam postulō dederis." Hamilcar fīliō prōmīsit '_sē_ eum in castra _sē_cum duct_ūrum_ _esse_, sī _sibi_ fidem quam postul_āret_ ded_isset_.'

Macedonēs: "Quodcumque senātus cēnsuerit, id rēx faciet." Macedonēs prōmīsērunt 'quodcumque senātus cēnsu_isset_, id rē_gem_ fact_ūrum_ _esse_.'

PENSVM B

Philippō victō, in V diēs _supplicātiōnēs_ dēcrētae sunt. X lēgātī mōre _māiōrum_ in Graeciam missī sunt. Isthmiīs praecō in mediam _āream_ prōcessit atque 'līberōs esse Graecōs' _prōnūntiāvit_. Aliī aliōs _mīrābundī_ [= mīrantēs] intuēbantur, tum plausus ortus est. Flāminīnus in _conventū_ [= conciliō] dīxit 'sē exercitum suum ē Graeciā _dēportātūrum_ esse'; cūnctī eum '_servātōrem_' 'līberātōrem'que _acclāmāvērunt_. Exercitū in Italiam _trānsportātō_ imperātor _trīduum_ [= III diēs] triumphāvit. Antiochus, postquam hiemem in convīviīs et vīnum sequentibus _voluptātibus_ trādūxit, intrā saltum Thermopylārum, quī Graeciam _dirimit_ [= dīvidit], sē recēpit, et castra duplicī vāllō fossāque _permūnīvit_. Aetōlīs imperāvit ut _verticēs_ montium _īnsīderent_ [= occupārent], nē quās _callēs_ Rōmānī invenīrent ad trānsitum. Cōnsul Acīlius castra posuit prope _fontēs_ calidārum aquārum;

propter angustiās aciem *artā* fronte īnstrūxit. Eō proeliō Rōmānī recessissent, *nī* [= nisi] Catō, dēiectīs Aetōlīs, *subsidiō* vēnisset. Antiochō victō Acīlius Hēraclēam, quae sita est in *rādīcibus* Oetae montis, *contemplātus* est [= īnspexit]. Post oppugnātiōnem XXIV diērum Rōmānī integrōs mūrōs *scālīs* trānscendērunt. L. Scīpiō, cum Antiochum in Asiā vīcisset, *peculātūs* accūsātus est, sed tribūnus plēbis prō eō *intercessit*.

Perseus, quī nōn *contentus* rēgnō suō fīnitimōs oppugnāverat, victus Samothrācam cōnfūgit et omnium animōs ā sē *abaliēnāvit*. Cum Cn. Octāvius Macedonibus *incolumitātem* lībertātemque prōmīsisset, *trānsitiō* [< trānsīre] omnium facta est. Rēx cum tribus *cōnsciīs* fugae ad portum pervēnit nec *lembum* quō ad Cotym veherētur invēnit. Postquam in templō *dēlituit*, sē Rōmānīs dēdidit et in nāvem *praetōriam* impositus est. Cōnsul rēgī praetōrium *introeuntī* [= intrantī] dextram *porrēxit* eumque in *tabernāculum* intrōdūxit. Perseus est *documentum* [= exemplum] *mūtātiōnis* [< mūtāre] sortis hūmānae.

Mercātus est locus quō mercātōrēs conveniunt ut *mercātūrās* faciant. Victōria est prosperus bellī *ēventus* [= exitus]. *Ōmen* est signum reī futūrae. Iuppiter est *praeses* [= cūstōs] arcis Capitōlīnae. Tullus, Numae *successor*, rēx fuit ācer et *violentus* [< vīs]. Paulus ex magnā *prōgeniē* [= stirpe] duōs fīliōs in *adoptiōnem* dedit.

Synōnyma: perfuga et *trānsfuga;* fidēs et *fidūcia;* vectīgal et *tribūtum;* thēsaurus et *gaza;* oblītus et *immemor;* valdē cupere et *avēre;* continuum facere et *continuāre;* amplificāre et *ampliāre;* dēmittere et *submittere;* properē et *raptim;* tantum et *tamtummodo;* aliter et *secus;* inter vulgus et *vulgō*.

Contrāria: clāmor et *murmur;* īnsula et *continēns;* nocturnus et *diurnus;* nōbilis et *ignōbilis;* accēdere et *abscēdere;* continuāre et *intermittere;* retrō et *porrō*.

PENSVM C

1. Quis rēgem Philippum dēvīcit? *T. Quīnctius Flāminīnus Philippum in Thessaliā dēvīcit.*
2. Post victōriam quid Isthmiīs prōnūntiātum est? *'Cīvitātēs Graecās līberās esse' prōnūntiātum est.*
3. Quōmodo Graecī gaudium suum ostendērunt? *Māximō cum clāmōre plausus ortus est.*
4. Quid Flāminīnus in triumphō trānstulit? *In triumphō tēla signaque, aurum argentumque trānstulit.*
5. Quid rēx Antiochus Chalcide ēgit? *Nūptiās celebrāvit et hiemem in convīviīs luxūque trādūxit.*
6. Ubi M'. Acīlius cum Antiochō congressus est? *Ad Thermopylās in mediā Graeciā.*
7. Cūr Aetōlī rēgī subsidiō nōn vēnērunt? *Quia M. Porcius Catō eōs ab iugō Callidromī dēiēcerat.*
8. Quōmodo Rōmānī mūrōs Hēraclēae trānscendērunt? *Integrōs mūrōs scālīs trānscendērunt.*
9. Cūr L. Cornēlius Scīpiō 'Asiāticus' nōminātus est? *Ita nōminātus est cum Antiochum in Asiā vīcisset.*
10. Quis successor rēgis Philippī fuit? *Perseus fīlius rēgī Philippō successit.*
11. Ubi et ā quō duce victus est Perseus? *Perseus in Macedoniā ad Pydnam victus est ā L. Aemiliō Paulō.*
12. Quō Perseus victus cōnfūgit? *Perseus in īnsulam Samothrācam cōnfūgit.*
13. Quōmodo victōria Aemiliī Paulī Rōmam nūntiāta est? *Ā lēgātīs Q. Fabiō, L. Lentulō, Q. Metellō tabellārius praemissus est cum litterīs laureātīs.*
14. Quōmodo populus Rōmānus dīs grātiās ēgit? *Supplicātiōnibus et sacrificiīs populus Rōmānus dīs grātiās ēgit.*
15. Cūr Paulus lēgātōs Rōmānōs sine respōnsō dīmīsit? *Quia lēgātī litterās attulērunt in quibus Perseus sē 'rēgem' appellāvit.*
16. Cūr Perseus Rōmānīs sē dēdidit? *Quia Macedonēs omnēs ad Rōmānōs trānsiērunt.*
17. Quōmodo Paulus Perseum victum recēpit? *Paulus Perseō introeuntī dextram porrēxit eumque in cōnsiliō cōnsīdere iussit.*
18. Quid fēcit Paulus ante adventum decem lēgātōrum? *Paulus Graeciam peragrāvit.*
19. Quae mala fortūna fēlīcitātem Paulī turbāvit? *Duo Paulī fīliī mortuī sunt alter quīnque diēbus ante triumphum, alter trīduō post.*
20. Quandō rēgnum Macedoniae māximum fuit? *Alexandrō Magnō rēgnante.*

CAPITVLVM LI

PENSVM A

Supplenda sunt verba composita:

ab- + agere > *abigere;* ab- + ferre > *auferre;* ab- + tulisse > *abstulisse;* ad- + currere > *accurrere;* ad- + lātum > *allātum;* ad- + pellere > *appellere;* con- + cadere > *concidere;* con- + loquī > *colloquī;* con- + pōnere > *compōnere;* con- + regere > *corrigere;* con- + orīrī > *coorīrī;* dē- + scandere > *dēscendere;* dē- + salīre > *dēsilīre;* dis- + fluere > *diffluere;* dis- + regere > *dīrigere;* ex- + ferre > *efferre;* ē- + iacere > *ēicere;* in- + ruere > *irruere;* in- + premere > *imprimere;* in- + lātum > *illātum;* ob- + pōnere > *oppōnere;* ob- + caedere > *occīdere;* re- + statuere > *restituere;* per- + facere > *perficere;* prō- + gradī > *prōgredī;* prō- + īre > *prōdīre;* re- + agere > *redigere;* re- + quaerere > *requīrere:* sub- + tenēre > *sustinēre;* trāns- + dare > *trādere*.

Supplenda sunt verba simplicia:

accipere < ad- + *capere* contingere < con- + *tangere;* ēdere < ē- + *dare;* prōicere < prō- + *iacere;* colligere < con- + *legere;* inquīrere < in- + *quaerere;* inclūdere < in- + *claudere*.

PENSVM B

Catō, quamquam aliās prōmptus erat ad *vituperandum*, Scīpiōnem laudāvit. Multī ad Andriscum *cōibant* [=

conveniēbant], quī fābulam *finxerat* 'sē esse Perseī fīlium ex *paelice* nātum.' Masinissa in summā *senectā* [= senectūte] mortuus est. Corinthus, urbs *praedīves* [= dīvitissima], dīruta est ā L. Mummiō, virō *abstinentī* [↔ cupidō]. Mancīnus dignitātī populī Rōmānī *lābem* imposuit: pācem fēcit *ignōminiōsam* [= turpem], quam senātus *ratam* esse vetuit. Viriāthus, ex *vēnātōre* [< vēnārī] dux factus, ā *prōditōribus* interfectus est et ā mīlitibus suīs multum *complōrātus*. Scīpiō exercitum *luxuriā* [= luxū] corruptum ad veterem disciplīnam restituit: multa *scorta* ē castrīs ēiēcit et mīlitēs *septēnōs* [VII] *vāllōs* portāre coēgit.

Ti. Gracchus, cum lēgem *agrāriam* [< ager] *prōmulgāvisset* [= tulisset], ab *optimātibus* occīsus est ictus *fragmentīs* subselliī. Scīpiō, dum *triumvirīs* agrō dīvidendō creātīs *adversātur* [= resistit], dēcessit, sed dē morte eius nūlla *quaestiō* ācta est. C. Gracchus, quī ōrātor *ēloquentior* fuit quam frāter, lēgem *frūmentāriam* [< frūmentum] tulit et complūrēs *colōniās* dēdūxit. Post *tribūnātum* [< tribūnus] suum *sēditiōsum* [< sēditiō] is quoque occīsus est. Ti. et C. Gracchus plēbem in lībertātem *vindicāre* cōnātī sunt, sed nōbilitās, quae factiōne magis *pollēbat* [= valēbat], *āctiōnibus* [< agere] eōrum obviam iit.

Fontēs calidārum aquārum corporī *salūbrēs* sunt. Servus quī dēlīquit sub *furcā* verberātur. Quī modum nōn excēdit *moderātus* est; quī paulō contentus est *modestus* esse dīcitur.

Synōnyma: indignātiō et *offēnsa;* nimia cōpia et *abundantia;* terror et *formīdō;* licentia et *lascīvia;* distāns et *remōtus;* peregrīnus et *extrāneus;* patefacere et *dētegere;* passim spargere et *dispergere;* praeferre et *antepōnere;* quīlibet et *quīvīs*.

Contrāria: cōnsēnsus et *dissēnsiō;* rudis et *ērudītus;* salūber et *perniciōsus;* ratus et *irritus;* īnsōns et *noxius;* pūrgāre et *polluere*.

PENSVM C

1. Quid Gulussa Rōmam nūntiāvit? *Gulussa nūntiāvit 'Carthāgine bellum parārī.'*
2. Quid Catō in senātū suādēbat? *Catō suādēbat ut cōnfestim bellum indīcerētur Carthāginiēnsibus atque ut dēlērētur Carthāgō.*
3. Quid fierī placuit antequam bellum indīcerētur? *Placuit ut Carthāginiēnsēs classem exūrerent et exercitum dīmitterent.*
4. Cūr Carthāginiēnsēs dēditiōne factā rebellāvērunt? *Quia iussī sunt Carthāgine relictā novum oppidum condere.*
5. Quam fābulam fīnxit Andriscus? *Fābulam fīnxit 'sē esse Perseī rēgis fīlium ex paelice nātum.'*
6. Quibus Masinissa rēgnum suum relīquit? *Masinissa tribus fīliīs commūne rēgnum relīquit.*
7. Quamobrem Catō Scīpiōnem laudāvit? *Catō Scīpiōnem ob virtūtem eius in senātū laudāvit.*
8. Quis imperātor Carthāginem expugnāvit? *Scīpiō Aemiliānus Carthāginem expugnāvit atque dēlēvit.*
9. Num uxor Hasdrubalis Rōmānīs sē dēdidit? *Uxor Hasdrubalis ex arce in mediās flammās sē praecipitāvit cum duōbus līberīs.*
10. Cūr Corinthus ā Rōmānīs dīruta est? *Corinthus dīruta est quod ibi lēgātī Rōmānī ab Achaeīs pulsātī erant.*
11. Quid L. Mummius in triumphō tulit? *L. Mummius signa aerea marmoreaque et tabulās pictās in triumphō tulit.*
12. Quis fuit Viriāthus? *Viriāthus fuit dux exercitūs Hispānōrum quī tōtam Lūsītāniam occupāvit et quattuordecim annōs cum Rōmānīs bellum gessit.*
13. Cūr senātus pācem quam Mancīnus cum Numantīnīs fēcerat ratam esse vetuit? *Quia Mancīnus pācem ignōminiōsam fēcerat cum Numantīnīs.*
14. Cūr bellum Numantīnum trahēbātur? *Bellum Numantīnum vitiō ducum trahēbātur.*
15. Quārē Scīpiō iūmenta vēnīre iussit? *Scīpiō omnia iūmenta vēndidit nē mīlitēs suōs exonerārent.*
16. Quid Scīpiō ēgit XIV annō post Carthāginem dēlētam? *Scīpiō Numantiam quoque expugnāvit atque dēlēvit.*
17. Quās lēgēs Ti. Gracchus prōmulgāvit? *Ti. Gracchus lēgēs agrāriās prōmulgāvit.*
18. Num Ti. Gracchus iterum tribūnus creātus est? *Ti. Gracchus ab optimātibus occīsus est cum iterum tribūnus plēbis creārī vellet.*
19. Quandō Scīpiō mortuus inventus est? *Scīpiō māne mortuus in cubiculō inventus est, cum prīdiē C. Gracchō adversātus esset.*
20. Quamobrem suspecta fuit uxor eius? *Suspecta fuit quod soror erat Gracchōrum.*
21. Ā quō C. Gracchus occīsus est? *C. Gracchus ā L. Opīmiō cōnsule occīsus est.*

CAPITVLVM LII

PENSVM A

Supplenda sunt verba facta ex hīs nōminibus:

(1) numerus > *numerāre;* laus > *laudāre;* cūra > *cūrāre;* verbera > *verberāre;* mīles > *mīlitāre;* arma > *armāre;* nūntius > *nūntiāre;* dōnum > *dōnāre;* labor > *labōrāre;* vulnus > *vulnerāre;* nex > *necāre;* rēgnum > *rēgnāre;* locus > *locāre;* onus > *onerāre;* bellum > *bellāre;* socius > *sociāre;* honōs > *honōrāre;* nota > *notāre;* sacer > *sacrāre;* līber > *līberāre;* probus > *probāre;* nūdus > *nūdāre;* firmus > *firmāre;* aequus > *aequāre;* novus > re*novāre;* prāvus > dē*prāvāre*.
(2) comes > *comitārī;* minae > *minārī;* glōria > *glōriārī;* dominus > *dominārī;* mora > *morārī;* testis > *testārī;* praeda > *praedārī;* merx > *mercārī;* crīmen > *crīminārī;* mīrus > *mīrārī;* miser > *miserārī;* indignus > *indignārī;* vagus > *vagārī*.
(3) servus > *servīre;* sitis > *sitīre;* vestis > *vestīre;* cūstōs > *cūstōdīre;* lēnis > *lēnīre;* rudis > ē*rudīre*.
(4) sors > *sortīrī;* mēns > *mentīrī;* blandus > *blandīrī*.

PENSVM B

Micipsa, _tametsī_ [= etsī] nātūram Iugurthae _vehementem_ [= violentam] et _avidam_ [= cupidam] imperiī timēbat, tamen eum _adoptāvit_ et hērēdem fēcit. Rēx moriēns Iugurtham _obtestātus_ est ut amīcōs dīvitiīs _anteferret_ [= praeferret] et frātrēs eius monuit ut Iugurtham colerent atque _observārent_. Micipsā mortuō, _rēgulī_ [= rēgis fīliī] tempus ad _dīvīsiōnem_ pecūniae cōnstituērunt; ibi mīlitēs Iugurthae Hiempsalem locō _abditō_ [= occultō] latentem occīdērunt. Fāma tantī sceleris per Āfricam brevī _dīvulgāta_ est. Adherbal, cum rēgnum suum armīs _tūtārī_ nōn posset, Rōmam contendit et senātum ōrāvit ut sibi _subvenīret_. Iugurtha vērō _largītiōne_ [< largīrī] effēcit ut senātōrēs virtūtem eius laudibus _extollerent_, scelus et _flāgitium_ [= turpe factum] omitterent. Ergō potentiā _frētus_ [= cōnfīdēns] ex _imprōvīsō_ fīnēs Adherbalis invāsit. Is victus Cirtam profūgit, quae virtūte Italicōrum _dēfēnsābātur_ [= dēfendēbātur]; dēditiōne factā, Adherbal _īlicō_ [= statim] necātus est cum Numidīs et _negōtiātōribus_ [= mercātōribus] Rōmānīs.

Calpurnius, rēgis pecūniā _dēprāvātus_ [= corruptus], pācem _flāgitiōsam_ [= ignōminiōsam] cum Iugurthā fēcit. Cum rēx Rōmam _accersītus_ [= arcessītus] esset, ut dēlicta Scaurī aliōrumque patefaceret, _familiārī_ [= amīcō] suō Bomilcarī imperāvit ut _īnsidiātōrēs_ parāret quī Massīvam necārent; ūnus vērō dēprehēnsus _indicium_ profitētur et Bomilcar _reus_ fit. Iugurtha Rōmā ēgressus "Ō, urbem _vēnālem_" inquit "et _mātūrē_ peritūram sī _ēmptōrem_ invēnerit!"

Adulēscentia est aetās inter pueritiam et iuventūtem. Victor ab hostibus victīs _pacīscī_ solet ut obsidēs dentur. Quī _sonitum_ [=sonum] magnum ac molestum facit, _strepere_ dīcitur. Quī multa incipit, rārō _inceptum_ suum _patrāre_ [= perficere] _quit_ [= potest]. Nihil meā _rēfert_ quid aliī dē mē loquantur!

Synōnyma: V annī et _quīnquennium;_ casa et _tugurium;_ inopia et _pēnūria;_ vetus vulnus et _cicātrīx;_ ars et _artificium;_ asperitās et _difficultās;_ explōrātor et _speculātor;_ pulcher et _decōrus;_ modicus et _mediocris;_ fessus et _dēfessus;_ equō vehī et _equitāre;_ explōrāre et _scrūtārī;_ adnītī et _ēnītī;_ cūnctārī et _haesitāre;_ magnā cum cūrā et _accūrātē;_ celerrimē et _ōcissimē;_ nimis et _abundē_.

Contrāria: stultitia et _sapientia;_ fortitūdō et _ignāvia;_ validus et _imbēcillus;_ convalēscere et _tābēscere_.

PENSVM C

1. Quōs fīliōs Micipsa genuit? _Micipsa Adherbalem et Hiempsalem genuit._
2. Cūr Micipsa Iugurtham adoptāvit? _Micipsa Iugurtham adoptāvit ob virtūtem eius._
3. Quibus artibus Iugurtha adulēscēns sē exercēbat? _Equitandō, iaculandō, currendō cum aliīs certābat._
4. Quārē Micipsa Iugurtham in Hispāniam mīsit? _Spērābat eum ostentandō virtūtem occāsūrum esse._
5. Quālem Iugurtha sē praebuit bellō Numantīnō? _Iugurtha sē fortissimum praebuit._
6. Quid Micipsa moribundus fīliōs suōs monuit? _Fīliōs monuit ut amīcitiā et concordiā iungerentur._
7. Patre mortuō, dē quibus rēbus rēgulī disseruērunt? _Rēgulī dē administrandō imperiō aliīsque negōtiīs disseruērunt._
8. Quōmodo Hiempsal interfectus est? _Hiempsal in oppidō Thirmidā ā mīlitibus Iugurthae occīsus est et caput eius ad Iugurtham relātum._
9. Quid fēcit Adherbal post necem frātris? _Parābat sē dēfendere, sed victus Rōmam contendit._
10. Quōmodo Iugurtha in grātiam nōbilitātis vēnit? _Mūnera largiendō in grātiam nōbilitātis vēnit._
11. Quid senātus dēcrēvit cum lēgātōs audīvisset? _Senātus dēcrēvit ut decem lēgātī rēgnum inter Iugurtham et Adherbalem dīviderent._
12. Dīvīsō rēgnō Numidiae, quid factum est? _Adherbal ā Iugurthā victus Cirtam profūgit._
13. Quid fēcit Adherbal Cirtae inclūsus? _Adherbal duōs Numidās cum litterīs Rōmam mīsit._
14. Num Iugurtha Cirtam armīs expugnāvit? _Iugurtha Cirtam nōn expugnāvit, sed Adherbal oppidum Iugurthae dēdidit._
15. Quārē Iugurtha Rōmam arcessītus est? _Iugurtha Rōmam arcessītus est, ut eius indiciō patefierent dēlicta eōrum quī pecūniae acceptae accūsābantur._
16. Cūr rēx in cōntiōne interrogātus nōn respondit? _Quia C. Baebius tribūnus plēbis eum tacēre iussit._
17. Quis fuit Massīva et quid eī accidit? _Massīva, Gulussae fīlius, iussū Iugurthae īnsidiīs occīsus est._
18. Cūr Iugurtha Rōmam 'urbem vēnālem' appellāvit? _Quod facile erat Rōmānōs pecūniā corrumpere._
19. Quālis imperātor fuit Q. Caecilius Metellus? _Metellus bonus imperātor fuit, quī disciplīnam exercitūs restituit et Iugurtham duōbus proeliīs fūdit._
20. Cūr Rōmānī nōbilēs C. Marium contemnēbant? _Quia Marius 'homō novus' erat._
21. Quōs novōs mīlitēs Marius cōnscrīpsit? _Marius quōslibet virōs cōnscrīpsit, etiam capite cēnsōs._
22. Quī rēx Iugurtham adiuvābat? _Bocchus, rēx Maurētāniae, quī cum Iugurthā Rōmānīs bellum intulit._
23. Num Bocchus socius fīdus fuit? _Immō īnfīdus fuit, nam proeliō victus amīcitiam cum Rōmānīs petīvit._
24. Quōmodo Iugurtha in potestātem Mariī vēnit? _Sulla et Bocchus Iugurtham ex īnsidiīs cēpērunt et vīnctum Mariō trādidērunt._
25. Utrī Sallustius favēre tibi vidētur, nōbilitātī an plēbī? _Sallustius mihi plēbī favēre vidētur._

CAPITVLVM LIII

PENSVM A

Supplenda sunt nōmina adiectīva:

(1) fōrma > _fōrmōsus;_ pecūnia > _pecūniōsus;_ perīculum > _perīculōsus;_ glōria > _glōriōsus;_ ōtium > _ōtiōsus;_ iocus > _iocōsus;_ studium > _studiōsus;_ perniciēs > _perniciōsus;_ flāgitium > _flāgitiōsus;_ numerus > _numerōsus;_

(2) mors > *mortālis;* rēx > *rēgālis;* hospes > *hospitālis;* nātūra > *nātūrālis;* triumphus > *triumphālis;* Vesta > *Vestālis;*
(3) cōnsul > *cōnsulāris;* salūs > *salūtāris;* vulgus > *vulgāris;* singulī > *singulāris;*
(4) legiō > *legiōnārius;* frūmentum > *frūmentārius;* necesse > *necessārius;*
(5) puer > *puerīlis;* servus > *servīlis;* cīvis > *cīvīlis;* vir > *virīlis;* iuvenis > *iuvenīlis;*
(6) nauta > *nauticus;* modus > *modicus;* ūnus > *ūnicus;* poēta > *poēticus;* pīrāta > *pīrāticus;* Italia > *Italicus;*
(7) pater > *patrius;* mercātor > *mercātōrius;* gladiātor > *gladiātōrius;* rēx > *rēgius;* uxor > *uxōrius;* praetor > *praetōrius;* noxa > *noxius;* Mārs > *Mārtius;*
(8) ferrum > *ferreus;* argentum > *argenteus;* aes > *aereus;* lignum > *ligneus;* marmor > *marmoreus;* purpur > *purpureus;* lapis > *lapideus;* nix > *niveus;*
(9) gemma > *gemmātus;* arma > *armātus;* aurum > *aurātus;* ferrum > *ferrātus;* āla > *ālātus;* aes > *aerātus;* rōstra > *rōstrātus;* venēnum > *venēnātus;* scelus > *scelerātus;* foedus > *foederātus;* fortūna > *fortūnātus;*
(10) urbs > *urbānus;* Trōia > *Trōiānus;* Tūsculum > *Tūsculānus;* Alba > *Albānus;*
(11) vīcus > *vīcīnus;* repēns > *repentīnus;* Tiberis > *Tiberīnus;* Latium > *Latīnus;*
(12) circus > *circēnsis;* Cannae > *Cannēnsis;* Carthāgō > *Carthāginiēnsis.*

PENSVM B

Annō *sescentēsimō* ūndēquīnquāgēsimō [DCXLIX] a.u.c. Rōmānī ingentī *interniciōne* [= strāge] victī sunt ā Cimbrīs et Teutonibus, quōrum cōpia *infīnīta* [= sine fīne] erat. Bellum gestum cum sociīs, quī lībertātem sibi *asserere* volēbant, bellum *sociāle* dīcitur. Marius Rōmam ingressus multōs *prōscrīpsit* et domum Sullae *ēvertit*. Spartacus *numerōsum* [< numerus] exercitum *congregāvit* [= collēgit] ac variō *successū* cum Rōmānīs pugnāvit.

Cicerō adulēscēns ōrātōrēs *disertōs* [= ēloquentēs] audiēbat neque ūllus diēs ab *exercitātiōnibus* ōrātōriīs vacuus erat. Cum multārum causārum *patrōnus* fuisset, Rōmā profectus est ut ōrātiōnī *ferventī* [= ārdentī] *moderārētur*. Rhodī sē ad Molōnem *rhētorem* [= magistrum dīcendī] *applicāvit*. *Bienniō* [= II annīs] post revertit ōrātor mūtātus: nōn ācer et *abundāns* [= redundāns], sed remissus et *lēnis* [= placidus]. Duo ōrātōrēs tum *excellēbant*, Cotta et Hortēnsius. Post *quaestūram* Siciliēnsem *ēloquentia* [= ars ōrātōria] Cicerōnis *perfecta* esse vidēbātur. In *Brūtō* Cicerō nārrat dē *doctrīnā* suā iuvenīlī: sermōnī eius *prōpositum* est ut industriam et *assiduitātem* [< assiduus] eius *perspiciāmus* [= plānē videāmus].

Synōnyma: cōgitātiō et *meditātiō;* laus et *commendātiō;* licentia et *impūnitās;* fōrma et *figūra;* dīves et *locuplēs;* iuvenālis et *iuvenīlis;* accūrātus et *exquīsītus;* morārī et *commorārī;* exercēre et *exercitāre;* ēlūcubrāre et nocte *ēlabōrāre;* praecipuē et *praesertim*.

Contrāria: vigor et *īnfirmitās* (corporis); remissiō et *contentiō*.

PENSVM C

1. Quid ēgit Marius post bellum Iugurthīnum? *Post bellum Iugurthīnum Marius cōnsul bellum gessit contrā Cimbrōs et Teutonēs.*
2. Unde Cimbrī et Teutonēs vēnērunt? *Cimbrī et Teutonēs ex Germāniā et Galliā vēnērunt.*
3. Quī imperātōrēs dē Cimbrīs triumphāvērunt? *Q. Lutātius Catulus et C. Marius dē Cimbrīs triumphāvērunt.*
4. Quamdiū bellum sociāle prōtractum est? *Bellum sociāle quadriennium prōtractum est.*
5. Quis bellō sociālī fīnem imposuit? *L. Cornēlius Sulla cōnsul bellō sociālī fīnem imposuit.*
6. Quid Mithridātēs Ephesī imperāvit? *Mithridātēs imperāvit ut omnēs cīvēs Rōmānī quī in Asiā essent ūnō diē occīderentur.*
7. Cūr Sulla pācem cum Mithridāte fēcit? *Pācem fēcit ut in Italiam ad bellum cīvīle reverterētur.*
8. Quid Sullā absente factum est Rōmae? *Marius et Cinna Rōmam ingressī senātōrēs nōbilissimōs interfēcērunt et Sullae domum ēvertērunt.*
9. Ubi Sulla Mariānōs vīcit? *Sulla Mariānōs magnō proeliō vīcit ad portam Collīnam.*
10. Quae nova bella exārsērunt cum Sulla rem pūblicam composuisset? *In Hispāniā, In Pamphyliā et Ciliciā, in Macedoniā nova bella exārsērunt.*
11. Quid Nīcomēde mortuō factum est in Asiā? *Mithridātēs pācem rūpit et Bithȳniam invāsit, ubi Cottam vīcit, sed ā Lūcullō victus est.*
12. Unde ortum est bellum servīle? *Ē lūdō gladiātōriō Capuae bellum servīle ortum est duce Spartacō.*
13. Quās cīvitātēs Lūcullus expugnāvit? *Lūcullus cīvitātēs Sinōpēn et Amīsum in Pontō, Tigrānocertam et Nisibin in Armeniā expugnāvit.*
14. Ad quem Mithridātēs victus cōnfūgit? *Mithridātēs ad Tigrānem, rēgem Armeniae, cōnfūgit.*
15. Cūr Mithridātēs bellum renovāvit? *Bellum renovāvit, cum mīlitēs Rōmānī in Pontō relictī sēditiōnem fēcissent.*
16. Num Lūcullus cum Mithridāte dēbellāvit? *Lūcullus nōn dēbellāvit cum Mithridāte, nam successor eī missus est M'. Acīlius Glabriō.*
17. Quōmodo Metellus cognōmen 'Crēticī' adeptus est? *Hoc cognōmen accēpit cum Crētam īnsulam expugnāvisset.*
18. Cui bellum pīrāticum mandātum est? *Bellum pīrāticum Cn. Pompēiō mandātum est.*
19. Quis lēgem Mānīliam suāsit? *M. Tullius Cicerō praetor clārissimā ōrātiōne lēgem Mānīliam suāsit.*

20. Quandō nātus est M. Tullius Cicerō? *Cicerō nātus est a. d. III nōn. Iān. Q. Serviliō Caepiōne C. Atīliō Serrānō cōnsulibus.*
21. Quibus magistrīs Cicerō adulēscēns operam dabat? *Cicerō adulēscēns Q. Mūciō Scaevolae, M. Antōniō, Q. Hortēnsiō operam dabat.*
22. Quandō Cicerō causās agere coepit? *Vīgintī sex annōs nātus Cicerō causās agere coepit.*
23. Quārē in Graeciam et Asiam profectus est? *Cicerō in Asiam profectus est ut sē recreāret atque genus dīcendī mūtāret.*
24. Ubi Cicerō quaestūram gessit? *Cicerō Lilybaeī in Siciliā quaestor fuit.*

CAPITVLVM LIV

PENSVM A

Supplenda sunt nōmina ē verbīs facta:

(1) nāvigāre > *nāvigātiō;* oppugnāre > *oppugnātiō;* mūnīre > *mūnītiō;* dīvidere > *dīvīsiō;* exspectāre > *exspectātiō;* cōgitāre > *cōgitātiō;* admīrārī > *admīrātiō;* largīrī > *largītiō;* meditārī > *meditātiō;* dēdere > *dēditiō;* cōnfitērī > *cōnfessiō;* excurrere > *excursiō;* colligere > *collēctiō;* cognōscere > *cognitiō;*
(2) exīre > *exitus;* dūcere > *ductus;* cadere > *cāsus;* rīdēre > *rīsus;* cōnspicere > *cōnspectus;* gemere > *gemitus;* lūgēre > *lūctus;* flēre > *flētus;* ūtī > *ūsus;* discēdere > *discessus;* parere > *partus;* vāgīre > *vāgītus;* apparāre > *apparātus;* trānsīre > *trānsitus;* adīre > *aditus;* redīre > *reditus;* plaudere > *plausus;* sentīre > *sēnsus;* convenīre > *conventus;*
(3) imperāre > *imperium;* aedificāre > *aedificium;* studēre > *studium;* incendere > *incendium;* sacrificāre > *sacrificium;* colloquī > *colloquium;* indicāre > *indicium;* dēsīderāre > *dēsīderium;*
(4) firmāre > *firmāmentum;* supplēre > *supplēmentum;* vestīre > *vestīmentum;* mūnīre > *mūnīmentum;* impedīre > *impedīmentum;* arguere > *argūmentum;* (-ē- > -u-) monēre > *monumentum;* docēre > *documentum;*
(5) dolēre > *dolor;* pudēre > *pudor;* terrēre > *terror;* horrēre > *horror;* ārdēre > *ārdor;* pavēre > *pavor;* vigēre > *vigor;* favēre > *favor;* clāmāre > *clāmor;* maerēre > *maeror;* splendēre > *splendor;* furere > *furor;* calēre > *calor;* decēre > *decor;* errāre > *error;*
(6) līberāre > *līberātor* [= quī līberat]; gubernāre > *gubernātor;* imperāre > *imperātor;* condere > *conditor;* ulcīscī > *ultor;* cēnsēre > *cēnsor;* explōrāre > *explōrātor;* adhortārī > *adhortātor;* docēre > *doctor;* servāre > *servātor;* prōdere > *prōditor;* emere > *ēmptor;* succēdere > *successor;* regere > *rēctor;* largīrī > *largītor;* favēre > *fautor;*
(7) mīrārī > *mīrābilis;* memorāre > *memorābilis;* terrēre > *terribilis;* crēdere > in*crēdibilis;* sānāre > īn*sānābilis*; numerāre > in*numerābilis;*
(8) frīgēre > *frīgidus;* calēre > *calidus;* valēre > *validus;* pallēre > *pallidus;* turbāre > *turbidus;* cupere > *cupidus;* rapere > *rapidus;* splendēre > *splendidus;* pavēre > *pavidus;* tumēre > *tumidus;* avēre > *avidus;*
(9) capere > *captīvus;* vocāre > *vocātīvus;* dare > *datīvus;* agere > *āctīvus;* patī > *passīvus.*

PENSVM B

Cicerō Lūcullō magnam laudem *impertīvit* [= tribuit]. Is oppida in quibus erant *domicilia* [=domūs] rēgis et aliās urbēs *permultās* [=plūrimās] cēpit. Ut Mēdēa in fugā membra frātris *dissipāvisse* [= dispersisse] dīcitur, sīc Mithridātēs fugiēns dīvitiās quās in suum rēgnum *congesserat* [= contulerat] relīquit, quārum *collēctiō* [< colligere] Rōmānōs *tardāvit*. Tigrānēs *misericordiā* permōtus rēgem *afflīctum* [= perculsum] ērēxit et perditum *recreāvit* [= cōnfīrmāvit].

Mercātōrēs quī in Asiā *negōtiantur* magnōs *quaestūs* faciunt. Asia enim prōvincia tam *opīma* [=opulenta] est ut *ūbertāte* agrōrum et varietāte *frūctuum* [= frūgum] aliīs prōvinciīs *antecellat*. Multae mercēs ex Asiā *exportantur*. Equitēs Rōmānī quī vectīgālia exercent *pūblicānī* appellantur. Hieme mare nōn est *tempestīvum* ad nāvigandum. *Scientia* reī mīlitāris imperātōrī necessāria est. Nēmō tam *impudēns* est ut locum *religiōsum* [= sacrum] polluat.

Synōnyma: lābēs et *macula;* clēmentia et *mānsuētūdō;* sententia et *opīniō;* querēlla et *querimōnia;* īnsōns et *innocēns;* horribilis et *taeter;* prōvocāre et *lacessere;* arbitrārī et *opīnārī;* sānāre et *medērī;* reminīscī et *recordārī;* obsequī et *obsecundāre/obtemperāre;* valdē cupere et *concupīscere;* īrātus fierī et *īrāscī;* vetus fierī et *inveterāscere.*

Contrāria: quaestus et *sūmptus;* commodum et *incommodum;* solitus et *insolitus;* grātus et *ingrātus;* forte et *cōnsultō.*

PENSVM C

1. Quae rēs agēbantur in bellō Mithridāticō? *In bellō Mithridāticō agēbantur haec: populī Rōmānī glōria; salūs sociōrum; vectīgālia; bona multōrum cīvium.*
2. Dē quā rē Cicerō prīmum dīcit? *Cicerō prīmum dīcit dē genere bellī.*
3. Quamobrem Mithridātēs poenam merēbat? *Quia multōs cīvēs Rōmānōs necandōs cūrāverat.*
4. Quī imperātōrēs dē Mithridāte iam triumphāverant? *Sulla et Mūrēna dē Mithridāte triumphāverant.*
5. Quibus Rōmānī propter sociōs bellum intulērunt? *Rōmānī Antiochō, Philippō, Aetōlīs, Poenīs propter sociōs bellum intulērunt.*
6. Cūr vectīgālia Asiae māiōra sunt quam cēterārum prōvinciārum? *Quia Asia prōvincia fertilissima et dīvitissima est.*

7. Quī vectīgālia exercent in prōvinciīs Rōmānīs? *Iī quī vectīgālia exercent 'pūblicānī' appellantur.*
8. Quid ēgit Lūcullus initiō bellī Mithridāticī? *Lūcullus magnās hostium cōpiās multīs proeliīs dēlēvit et multās urbēs cēpit et rēgem fugāvit.*
9. Quās rēs Cicerō silentiō praeterit? *Cicerō silentiō praeterit calamitātem Rōmānōrum: quod Mithridātēs bellum renovāvit et exercitum Rōmānum vīcit.*
10. Cūr haud difficile est imperātōrem dēligere? *Quia Cn. Pompēius omnēs virtūte superat.*
11. Quās rēs in summō imperātōre inesse oportet? *In summō imperātōre hās rēs inesse oportet: scientiam reī mīlitāris, virtūtem, auctōritātem, fēlīcitātem.*
12. Quōmodo Pompēius scientiam reī mīlitāris adeptus erat? *Pompēius ā prīmā adulēscentiā magnīs exercitibus imperāvit.*
13. Quibus bellīs Pompēius interfuerat? *Pompēius bellō cīvīlī, Āfricānō, Hispāniēnsī, servīlī, pīrāticō interfuerat.*
14. Quid imperātōrēs in prōvinciīs facere cōnsuēvērunt? *Imperātōrēs avārī sociīs Rōmānōrum māximās calamitātēs afferre solent.*
15. Cūr Cicerō timidē et pauca dīcit dē fēlīcitāte? *Quia eam praestāre dē sē ipsō nēmō potest.*

CAPITVLVM LV

PENSVM A

Supplenda sunt nōmina fēminīna facta ex adiectīvīs:
(1) miser > *miseria;* īnsānus > *īnsānia;* superbus > *superbia;* perfidus > *perfidia;* audāx > *audācia;* patiēns > *patientia;* potēns > *potentia;* cōnstāns > *cōnstantia;* dīligēns > *dīligentia;* concors > *concordia;* [*plūrālia:*] reliquus > *reliquiae;* dīves > *dīvitiae;* angustus > *angustiae;*
(2) trīstis > *trīstitia;* amīcus > *amīcitia;* stultus > *stultitia;* maestus > *maestitia;* saevus > *saevitia;* iūstus > *iūstitia;* avārus > *avāritia;* pudīcus > *pudīcitia;* malus > *malitia;*
(3) foedus > *foeditās;* dignus > *dignitās;* hūmānus > *hūmānitās;* fēlīx > *fēlīcitās;* novus > *novitās;* paucī > *paucitās;* crūdēlis > *crūdēlitās;* gravis > *gravitās;* celeber > *celebritās;* ūtilis > *ūtilitās;* [-tās] līber > *lībertās;*
(4) longus > *longitūdō;* altus > *altitūdō;* pulcher > *pulchritūdō;* multī > *multitūdō;* fortis > *fortitūdō;* sōlus > *sōlitūdō;* clārus > *clāritūdō;* amplus > *amplitūdō;* fīrmus > *fīrmitūdō* [= fīrmitās].

PENSVM B

Tūberō, cum *fēriīs* Latīnīs Scīpiōnem ōtiōsum *nactus* esset, dē rēbus caelestibus cum eō *disputāre* coepit. Laelius, quī tālēs *disputātiōnēs* nihil ad vītam hūmānam *attinēre* putābat, 'māiōra *conquīrenda* [= quaerenda] esse' dīxit.

In rēgnō, *quamvīs* iūstō, populus *particeps* lībertātis nōn est. Saepe *exsistit* [= exoritur] ex rēge tyrannus, quī *immānitāte* [= ferōcitāte] taeterrimās *bēluās* [= ferās] superat, nec enim eī cum hominibus ūlla iūris *commūniō* [< commūnis] est. Cīvitās *populāris* est in quā populus dominātur. Oppidum est *coniūnctiō* tēctōrum dēlūbrīs et forīs *distīncta*.

Rōmulus Sabīnōs in cīvitātem *ascīvit* et sacra eōrum cum Rōmānīs *commūnicāvit;* cūriās nōminibus Sabīnārum *nūncupāvit* [= nōmināvit]. Sōle *obscūrātō* Rōmulus nōn *compāruit* [= appāruit]. Post eius *excessum/interitum* [= mortem] populus novum rēgem *flāgitāre* nōn dēstitit. Rōmulus deō Mārte *generātus* [= genitus] erat.

Quī iam adolēvit *adultus* esse dīcitur. Quī oppidum oppugnat mūrōs arietibus *labefactāre* cōnātur. Hieme sōl nōn tam *sērō* occidit quam aestāte: aestāte sōl *sērius* occidit quam hieme. Vītam *sempiternam* [= aeternam] nēmō mortālis *assequī* [= adipīscī] potest.

Synōnyma: globus et *sphaera;* cūnae et *cūnābula;* rītus et *caerimōnia;* fīrmus et *stabilis;* pēior et *dēterior;* pessimus et *dēterrimus;* explōrāre et *investīgāre;* probāre et *approbāre;* sustinēre et *fulcīre;* polluere et *maculāre;* pūnīre et *multāre;* paulisper et *parumper.*

Contrāria: opācus et *aprīcus;* permultī et *perpaucī;* cōnsentīre et *dissentīre;* mātūrē et *sērō;* prīdiē et *postrīdiē.* illūstrāre et obscūrāre

PENSVM C

1. Quandō amīcī ad Scīpiōnem convēnērunt? *Fēriīs Latīnīs C. Tudītānō M'. Aquīliō cōnsulibus amīcī Cicerōnis ad eum convēnērunt.*
2. Eratne Scīpiō occupātus eō diē? *Eō diē Scīpiō ōtiōsus erat et in hortīs esse cōnstituerat.*
3. Quod prōdigium in caelō vīsum erat? *Multī dīcēbant 'sē duōs sōlēs vīdisse.'*
4. Dē quibus rēbus fuit prīma disputātiō? *Prīma disputātiō fuit dē rēbus caelestibus.*
5. Quōmodo Archimēdēs mōtūs astrōrum dēclārāvit? *In globō aēneō.*
6. Cūr Laelius dē rēbus caelestibus disputāre nōluit? *Laelius eius modī disputātiōnēs inūtilēs cēnsēbat.*
7. Quid tum Laelius Scīpiōnem rogāvit? *Scīpiōnem rogāvit ut explicāret quem optimum esse statum cīvitātis exīstimāret.*
8. Quae sunt tria rērum pūblicārum genera? *Rēgnum et cīvitās optimātium et cīvitās populāris.*
9. Quod genus Scīpiō optimum esse putābat? *Scīpiō nūllum hōrum trium perfectum esse exīstimābat, sed genus reī pūblicae ex hīs tribus mixtum optimum esse putābat.*
10. Unde incipit Scīpiō dē rē pūblicā Rōmānā disputāns? *Scīpiō ā Rōmulō, prīmō rēge Rōmānōrum, incipit.*
11. Quibus rēbus Rōmulus rem pūblicam fīrmāvit? *Rōmulus auspiciīs et senātū rem pūblicam fīrmāvit.*

12. Quōmodo Numa populum ferōcem mītigāvit? *Religiōne atque clēmentiā Numa populum ferōcem mītigāvit.*
13. Cuius rēgis vitiō rēs pūblica Rōmāna ā bonā in dēterrimam conversa est? *Vitiō rēgis Tarquiniī Superbī genus reī pūblicae ex bonō in dēterrimum conversum est.*
14. Quem Cicerō tyrannō immānī oppōnit? *Cicerō tyrannō oppōnit bonum et sapientem rēctōrem cīvitātis.*

CAPITVLVM LVI

PENSVM A

(1) *Supplenda sunt verba incohātīva:*

patēre > *patēscere;* stupēre > ob*stupēscere;* lūcēre > il*lūcēscere;* ārdēre > ex*ārdēscere;* valēre > con*valēscere;* pavēre > ex*pavēscere;* timēre > per*timēscere;* horrēre > co*horrēscere;* rigēre > ob*rigēscere;* tremere > con*tremēscere;* gemere > in*gemēscere;* fervere > dē*fervēscere;* [-a- > -i-] tacēre > con*ticēscesere.*

(2) *Hī versūs dīvidendī sunt in syllabās brevēs et longās notīs appositīs:*

sīve per Syrtēs iter^aestuōsās
— ∪| — — | — ∪∪| — ∪| — —
sīve factūrus per^inhospitālem
— ∪ | — — | — ∪ ∪| — ∪| — —
Caucasum vel quae loca fābulōsus
— ∪| — — | — ∪ ∪ | — ∪| — —
lambit^Hydaspēs.
— ∪ ∪ | — —

PENSVM B

Tellūs [= terra], quae in mediō mundī locō *immōbilis* manet, VIII sphaerīs cingitur. In sphaerā summā stēllae *īnfixae* sunt; eī *subiectae* sunt VII, quārum īnfima est lūnae. Īnfrā lūnam nihil est nisi mortāle et *cadūcum*. Sphaerārum incitissimā *conversiōne* magnus sonitus efficitur, sed aurēs hūmānae tam *hebetēs* sunt ut eum audīre nequeant. Item aurēs eōrum quī Catadūpa *accolunt* propter magnitūdinem sonitūs *obsurduērunt*.

Terra quīnque *cingulīs* redimīta esse vidētur, quōrum duo extrēmī nive et *pruīnā* obrigēscunt, medius sōlis *radiīs* ārdentibus torrētur. Duo sunt *habitābilēs*, alter septentriōnālis, alter *austrālis*, cuius incolae Rōmānīs adversī aut *trānsversī* stant.

Quī rem horribilem videt *cohorrēscit*. *Pietās* est amor deōrum, patriae, parentum. Annus aetātis LVI Scīpiōnī *fātālis* fuit. Dī immortālēs *aevō* sempiternō fruuntur. Ponte ruptō Horātius Tiberim *trānatāvit*. *Octiēs* [8×] septēna sunt LVI. *Pūnctum* [·] est nota minima. Necesse est membrum aegrum cultrō *amputāre*. Sagitta ē *pharetrā* prōmitur.

Synōnyma: splendor et *fulgor;* celsissimus et *excelsus;* ruber et *rutilus;* siccus et *torridus* et *āridus;* solvere et *laxāre;* movēre et *ciēre;* celerius et *ōcius;* quamdiū et *quoūsque;* īnfrā et *subter;* ex aliō locō et *aliunde*.

Contrāria: ultimus et *citimus;* austrālis et *septentriōnālis;* hībernus et *aestīvus*.

PENSVM C

1. Quōmodo Masinissa Scīpiōnem Aemiliānum accēpit? *Masinissa Scīpiōnem complexus est eumque rēgiō apparātū accēpit.*
2. Dē quibus rēbus Masinissa et Scīpiō collocūtī sunt? *Masinissa et Scīpiō dē Scīpiōne Āfricānō māiōre collocūtī sunt.*
3. Quem Scīpiō eā nocte in somnīs vīdit? *Scīpiō avum suum Scīpiōnem Āfricānum in somnīs vīdit.*
4. Ubi Scīpiō Āfricānus māior appāruit? *Ille appāruit inter stēllās in excelsō et clārō quōdam locō.*
5. Quid nepōtī suō praedīxit? *Āfricānus nepōtī suō praedīxit 'eum Karthāginem et Numantiam expugnātūrum esse.'*
6. Quid eī nārrāvit dē patriae cōnservātōribus? *Nārrāvit 'iīs omnibus certum locum in caelō dēfīnītum esse ubi beātī vītā sempiternā fruerentur.'*
7. Quid Scīpiō ab avō suō quaesīvit? *Scīpiō ab avō suō quaesīvit 'vīveretne ipse et aliī quōs nōs exstīnctōs arbitrārēmur.'*
8. Quem vīdit Scīpiō praeter avum suum? *Patrem suum L. Aemilium Paulum vīdit.*
9. Quid Aemilius Paulus fīlium suum monuit? *Pater fīlium monuit ut iūstitiam et pietātem coleret.*
10. Ex orbe lacteō quanta vidēbātur terra? *Terra tam parva Scīpiōnī vidēbātur ut eum imperiī Rōmānī paenitēret.*
11. Quot sphaerae terram cingunt? *Terra octō sphaerīs cingitur.*
12. Quōmodo efficitur cantus sphaerārum? *Conversiōne sphaerārum efficitur cantus.*
13. Cūr sphaera caelestis sonum acūtum efficit? *Quia conversiō illīus sphaerae concitātissima est.*
14. Cūr hominēs cantum sphaerārum nōn audiunt? *Aurēs hominum propter magnitūdinem sonitūs obsurduērunt.*
15. Quārē hominēs in terrīs glōriam aeternam assequī nōn possunt? *Propter ēluviōnēs exustiōnēsque terrārum.*

Exercitia Latina Solvta

Pars I: Familia Romana

CAPITVLVM I

Exercitium 1
1. est
2. est
3. sunt
4. est
5. est
6. est
7. sunt
8. est
9. sunt

Exercitium 2
1. in, quoque
2. et
3. -ne, nōn
4. ubi
5. sed
6. nōn, sed
7. fluvius

Exercitium 4
1. īnsula, īnsulae
2. fluvius, fluviī
3. oppidum, oppida
4. magna
5. magnus
6. magnum
7. oppidum magnum, oppidum parvum
8. īnsula magna, īnsula parva
9. fluvius magnus, fluvius parvus
10. magnī
11. magnae
12. magna

Exercitium 5
1. īnsulae
2. fluviī sunt
3. oppida sunt
4. īnsula
5. fluvius est
6. oppidum est

Exercitium 6
1. Rōmānum
2. Graecum
3. num
4. quid
5. paucī
6. prōvincia
7. multae
8. imperium

Exercitium 8
1. numerus. numerī Rōmānī
2. vocābulum, vocābula Latīna
3. littera, litterae Graecae
4. Latīnae, littera Latīna
5. vocābula, vocābulum Latīnum
6. ūnus, duo, trēs, numerus
7. sex, trēs syllabae, prīma, secunda, tertia
8. mīlle

Exercitium 10
1. Italia
2. Italiā
3. Italia, Graecia, Eurōpā
4. Graeciā, Italiā
5. imperium Rōmānum
6. imperiō Rōmānō
7. prōvincia
8. prōvinciā
9. vocābulum
10. vocābulō
11. capitulum
12. capitulō prīmō

Exercitium 11
1. plūrālis
2. singulāris
3. sing., plūr.
4. *fluviī*
5. *īnsula*
6. *oppida*
7. *numerus*
8. *litterae*
9. *vocābulum*
10. *īnsulae magnae*
11. *oppidum magnum*
12. *numerī Rōmānī*
13. *littera Graeca*
14. *vocābula Latina*
15. *exemplum*

CAPITVLVM II

Exercitium 1
1. puella
2. fēmina
3. puer
4. puerī
5. virī, vir
6. fēminae, fēmina

Exercitium 2
1. māter
2. fīliī
3. līberī
4. fīlia
5. fīlius
6. Mārcī
7. Quīntī
8. Iūliae
9. Mārcī, Quīntī
10. Iūliae
11. Iūliī, Aemiliae
12. Mārcī, Quīntī, Iūliae
13. Mārcī, Quīntī, Iūliae

Exercitium 3
1. quis
2. quis
3. quae
4. quae
5. quī
6. quid
7. quid

Exercitium 4
1. litterae numerīque
2. Mārcus Quīntusque
3. puerī puellaeque
4. fēminae et puerī
5. servī et ancillae
6. ūna fīlia et duo fīliī

Exercitium 5
1. servus
2. ancilla
3. dominus, domina
4. servī
5. ancillae
6. servī
7. servōrum
8. ancillae
9. ancillārum
10. līberī
11. servōrum, līberōrum

Exercitium 7
1. multōrum servōrum
2. servōrum
3. multārum ancillārum
4. servōrum, ancillārum
5. servōrum, ancillārum
6. līberōrum
7. līberōrum
8. īnsulārum
9. fluviōrum
10. oppidōrum

Exercitium 8
1. magnus numerus īnsulārum
2. parvus numerus fluviōrum
3. magnus numerus oppidōrum
4. parvus numerus līberōrum
5. multa vocābula
6. multae litterae
7. pauca exempla

Exercitium 9
1. quot, centum
2. duo
3. duae
4. duo
5. quot, trēs
6. duae, ūna
7. ūnus, duo
8. tria
9. trēs, duo, ūnus
10. tria, duo, ūnum
11. trēs, duae, ūna
12. quot, mīlle

Exercitium 10
1. tuus
2. meus
3. tua
4. mea
5. tuae
6. meae
7. tuī
8. meī
9. tuā
10. meā, meōrum, mea
11. tuōrum

Exercitium 11
1. ecce, librī, antīquus, novus
2. librōrum
3. titulus librī

4. pāginae, capitula, cētera
5. capitulōrum
6. capitulum
7. capitulī
8. multa vocābula
9. vocābulōrum
10. vocābulum, capitulī prīmī
11. vocābulī

Exercitium 12
1. fēminīnum, neutrum
2. masculīnum
3. masculīna, vocābulum masculīnum
4. fēminīna, vocābulum fēminīnum
5. neutra, vocābulum neutrum
6. *Rōmānus*
7. *fēmina Rōmāna*
8. *imperium Rōmānum*

Exercitium 13
1. genetīvus
2. gen.
3. gen.
4. gen. plūr.
5. gen. sing.
6. gen. plūr.
7. gen. sing.
8. gen. plūr.
9. *servī, servōrum*
10. *ancillae, ancillārum*
11. *capitulī, capitulōrum*

CAPITVLVM III

Exercitium 1
1. scaenā, persōnae
2. cantat, laeta
3. īrātus
4. pulsat
5. iam, plōrat
6. rīdet
7. videt
8. vocat
9. venit

Exercitium 2
1. Iūliam
2. Quīntum, Mārcum
3. puellam
4. Mārcum, Quīntum
5. Aemiliam
6. Aemiliam
7. Iūliam
8. mē

Exercitium 3
1. cantat, pulsat
2. cantat, plōrat
3. videt, vocat
4. venit, interrogat
5. respondet, dormit
6. vocat
7. dormit, audit
8. rīdet, venit
9. verberat

Exercitium 4
1. interrogat
2. respondet, tē
3. interrogat, cūr
4. respondet, quia, eam
5. improbus
6. hīc, hīc
7. eum, audit
8. dormit
9. neque
10. verberat
11. audit, dormit
12. probus

Exercitium 5
1. ... quia Iūlia cantat
2. ... quia Mārcus eam pulsat
3. ... quia Iūlia plōrat
4. ... quia parva puella est
5. ... quia Iūlia eam vocat
6. ... quia dormit
7. ... quia puer improbus est
8. ... quia māter eum verberat
9. ... quia Marcum audit

Exercitium 6
1. Mārcus, Iūliam, Iūlia
2. Iūlia, eam
3. Aemiliam, Aemilia
4. Aemilia, Quīntum, eum, mē
5. Quīntus, Iūlia, tē
6. Aemilia, Iūlium
7. Quīntus, Iūlium
8. Iūlius, Quīntum
9. Aemilia, Mārcum
10. Mārcus, Aemilia, eum
11. Iūlius, Mārcum
12. Aemiliam, Mārcum, Quīntum, Iūliam
13. Mārcus, improbus
14. Mārcus, parvam puellam
15. Iūlius, īrātus, puerum improbum
16. Iūlia, puella proba

Exercitium 7
1. quae
2. quī
3. quae
4. quī
5. quam
6. quem
7. quae
8. quam
9. quae
10. quem
11. quī
12. quem
13. quem
14. quī
15. quem

Exercitium 9
1. quis
2. quis
3. quem
4. quis
5. quem
6. quis
7. quem
8. quem

Exercitium 10
1. accūsātīvus
2. nōminātīvus
3. nōm., acc.
4. acc., nōm.
5. *Mārcum*
6. *Aemiliam*
7. *Iūlius*
8. *Iūlia*
9. *puerum improbum*
10. *parvam puellam*

CAPITVLVM IV

Exercitium 1
1. ūnus
2. duo
3. trēs
4. quattuor
5. quīnque
6. sex
7. septem
8. octō
9. novem
10. decem

Exercitium 2
1. quattuor
2. trēs et trēs sunt sex
3. quattuor et quattuor sunt octō
4. quīnque et quīnque sunt decem
5. duo et trēs sunt quīnque
6. trēs et quattuor sunt septem
7. quattuor et quīnque sunt novem

Exercitium 3
1. pecūnia
2. habet
3. eius, nummī
4. numerat
5. tantum
6. rūrsus
7. sacculō, tantum
8. suum, abest
9. adest
10. adsunt, absunt
11. salūtat
12. salve
13. tacet

Exercitium 5
1. eius
2. suam
3. eius
4. eius
5. suum
6. suum
7. suum
8. eius, eius
9. suō
10. eius
11. suum
12. suam, suō

Exercitium 6
1. Dāve
2. Mēde
3. Dāve
4. domine
5. serve
6. Dāve
7. domine
8. bone serve
9. Mēde, improbe serve

Exercitium 7
1. nūllum
2. accūsat
3. ecce, mēnsā
4. vacuus
5. bonus
6. pōnit
7. sūmit, discēdit
8. baculum
9. quod
10. is

Exercitium 8
1. vocā
2. vocat, venī, venit
3. salūtā, salūtat
4. tacē, audī, tacet, audit
5. respondē, respondet
6. pōne, pōnit
7. vidē, videt
8. sūme, discēde, sūmit, discēdit

Exercitium 10
1. vocātīvus
2. voc.
3. *Dāve*
4. *domine*
5. *Mēdus*
6. *serve*
7. *Mārce*
8. *Quīntus*
9. *-e*

Exercitium 11
1. imperātīvus
2. indicātīvus
3. imp.
4. imp., ind.
5. *vocā*
6. *vidē*
7. *pōnit*
8. *venit*
9. *audī*
10. *sūme*
11. *-ā*
12. *-ē*
13. *-it*
14. *-it*

CAPITVLVM V

Exerctium 1
1. servus, servum
2. servī, servōs
3. ancilla, ancillam
4. ancillae, ancillās
5. Mārcus, Quīntus, filiī
6. ūnum fīlium, fīliōs
7. fīlia
8. fīliās, ūnam fīliam
9. nummōs suōs, nummī
10. ūnum nummum
11. ūnus nummus
12. ūnum nummum, multōs nummōs
13 baculum, baculum
14. nūllum verbum
15. multae rosae, multa līlia
16. multās rosās, multa līlia

Exercitium 2
1. vīllā
2. hortō
3. cum, habitat
4. rosae, līlia
5. pulcher
6. foedus
7. pulchra, nāsum
8. amat, ea
9. sōlus
10. ōstia
11. fenestrae
12. ātriō, aqua
13. peristȳlō
14. cubiculō, etiam

Exercitium 3
1. habitat
2. habitant
3. habet
4. habent
5. amat, amat
6. amant
7. salūtant, salūtat
8. imperat, pārent
9. cantat, cantant, rīdent
10. dormit
11. dormiunt

Exercitium 4
1. magnā vīllā, Aemiliā, līberīs, servīs
2. Mārcō, Quīntō, Iūliā, vīllā
3. magnō, hortō
4. hortō
5. multīs rosīs
6. Italiā, magnīs hortīs
7. hortīs
8. vīllīs
9. magnō ātriō
10. ātriō, impluviō
11. Aemiliā, magnō cubiculō
12. parvīs cubiculīs

Exercitium 6
1. eius
2. eōrum
3. eum
4. eōs
5. eius
6. eārum
7. eam
8. eās
9. ea, eā
10. is, eō
11. eae
12. eius, eā
13. iī
14. eōrum, iīs, ea, iīs
15. eō
16. id, eō
17. eā
18. eōrum
19. ea

Exercitium 7
1. discēdit, discēdunt
2. vocāte
3. vocant, venī
4. audit, venit
5. vocat, venīte
6. audiunt, discēdunt
7. carpe, carpit, venit
8. vidē, vidēte
9. vident
10. audīte
11. videt
12. plōrat, rīdet, tacē
13. tacet, rīdent
14. tacēte, tacent
15. sūme, pōne
16. agit, sūmit, discēdit
17. discēdite, agite, sūmite, pōnite
18. sūmunt, discēdunt, pōnunt
19. venīte, veniunt
20. agunt, age, discēde, interrogā

Exercitium 8
1. in peristȳlō, cum līberīs, sine virō suō
2. in hortō, ab Aemiliā
3. cum Aemiliā, ab eā
4. ex hortō, cum rosīs
5. cum ūnā rosā, ab iīs
6. in vīllā, cum impluviō
7. in ātriō, ex impluviō, in aquā
8. in oppidō, cum servīs, sine Aemiliā

Exercitium 9
1. accūsātīvus, acc.
2. acc. plūr.
3. sing.
4. acc.
5. acc. sing., acc. plūr.
6. acc., nōm., acc.
7. sing.
8. nōm., acc. plūr.
9. *servum*
10. *servōs*
11. *ancillam*
12. *ancillās*
13. *cubiculum*
14. *cubicula*

Exercitium 10
1. ablātīvus
2. abl., abl. plūr.
3. sing., abl. plūr.
4. abl. sing., abl. plūr.
5. *servō*
6. *servīs*
7. *ancillā*

8. *ancillīs*
9. *cubiculō*
10. *cubiculīs*

Exercitium 11
1. imperātīvus plūrālis
2. singulāris, indicātīvus
3. imp. sing., imp. plūr.
4. ind. sing., ind. plūr.
5. *tacē, age, audī*
6. *cantāte, tacēte, agite, audīte*
7. *tacet, agit, audit*
8. *cantant, tacent, agunt, audiunt*

CAPITVLVM VI

Exercitium 1
1. via, inter
2. prope, procul
3. ad
4. it
5. ante, post
6. eunt
7. ambulant, lectīcā
8. portant
9. saccōs, umerīs
10. unde
11. quō
12. vehunt
13. nam, apud
14. itaque
15. timet
16. malus, autem
17. amīcus
18. inimīcī
19. longa
20. mūrō, duodecim portae
21. circum, tam, quam

Exercitium 3
1. ā, ab
2. ab, ā
3. ab, ā
4. ā, ab
5. ab, ā
6. ab, ā

Exercitium 4
1. Rōmam, Brundisium
2. oppida, oppida
3. oppidum Tūsculum
4. oppidum, vīllam
5. oppidō Tūsculō, vīllam suam
6. lectīcā, duōs servōs
7. dominum, eum
8. dominum, dominō
9. vīllā, virō suō Iūliō
10. Aemiliam, eā
11. hortō, Aemiliam, rosīs
12. litterās

Exercitium 5
1. quī
2. quōs
3. quem
4. quī
5. quem
6. quī
7. quōs
8. quī
9. quōs
10. quōs

Exercitium 6
1. Rōmam, Rōmae
2. Rōmā
3. Tūsculum, Tūsculī
4. Tūsculō
5. Tūsculō Rōmam
6. Rōmā Tūsculum
7. Rōmae
8. Tūsculī

Exercitium 7
1. ambulat, portātur
2. amat, amātur
3. amant, amantur
4. timent, timentur
5. videt, vidētur
6. pulsat, pulsātur
7. vocat, audītur
8. vocant, audiuntur
9. vehit, vehitur
10. vehuntur, ambulant
11. dēlectantur
12. pōnit, numerat
13. pōnuntur, numerantur

Exercitium 8
1. ab ancillā salūtātur
2. dominum salūtant
3. servī ā dominō interrogantur
4. Mēdus Dāvum accūsat
5. sacculus in mēnsā pōnitur ā Dāvō
6. Mēdus Iūlium timet
7. Mēdus ā Iūliō vocātur
8. puerī Iūliam vocant
9. puerī ā Iūliā nōn audiuntur
10. Iūlia puerōs vocat
11. dominus īrātus ā servīs improbīs timētur
12. dominus īrātus servōs improbōs verberat

Exercitium 9
1. equō
2. lectīcā
3. verbīs
4. baculō
5. umerīs
6. lectīcā
7. viā Latīnā

Exercitium 10
1. equō
2. ubi
3. fessī
4. amīca
5. pulsat, intrā
6. per

Exercitium 12
1. passīvum
2. āctīvum
3. āct., pass.
4. pass.
5. āct., pass.
6. *vocat, timet, vehit, audit; vocant, timent, vehunt, audiunt*
7. *vocātur, timētur, vehitur, audītur; vocantur, timentur, vehuntur, audiuntur*

CAPITVLVM VII

Exercitium 1
1. exspectat
2. tenet
3. lacrimat, oculīs, lacrimae
4. speculum, sē
5. aperit
6. claudit
7. immō, fōrmōsus
8. vertit
9. tergē, es

Exercitium 3
1. eam
2. sē, sē
3. sē
4. eam, sē
5. sē, eam
6. sē, eam
7. sē
8. eum
9. sē, eum

Exercitium 4
1. cubiculō suō
2. cubiculum
3. hortum, hortō
4. vīllā
5. vīllam, ātriō
6. ātrium

Exercitium 6
1. sōlum, etiam
2. et, et
3. sed etiam
4. et, et, neque, neque
5. neque, neque
6. nōn sōlum
7. et, et
8. sed etiam
9. et, et, neque, neque
10. neque, neque

Exercitium 7
1. Mārcō, fīliō
2. fīliīs
3. eī
4. Syrō, servō suō
5. iīs
6. Syrō, Lēandrō, servīs suīs
7. eī
8. Iūliō, virō suō
9. Aemiliae, Iūliae, fīliae suae
10. mālō suō
11. eī
12. Dēliae, ancillae suae
13. iīs
14. Dēliae, Syrae, ancillīs suīs

15. servō
16. cui, cui
17. cui, cui

Exercitium 8
1. hic
2. haec
3. hoc
4. quae, haec
5. quod, hoc
6. quī, hic

Exercitium 9
1. advenit, salvēte
2. ōstiāriō
3. māla, pira
4. plēnī
5. inest, īnsunt
6. dat
7. adit, ōsculum
8. illīc
9. ē, exit, exeunt
10. currit
11. nōnne

Exercitium 11
1. datīvus, dat.
2. sing.
3. dat., dat. plūr.
4. *servō*
5. *servīs*
6. *ancillae*
7. *ancillīs*
8. *oppidō*
9. *oppidīs*
10. *eī*
11. *iīs*

CAPITVLVM VIII

Exercitium 1
1. tabernā, gemmae, margarītae, ōrnāmenta
2. vēndit
3. aliī
4. quī, tabernārius
5. cōnsistunt
6. emunt
7. quae, aspiciunt, abeunt
8. accipit
9. ānulum, collō
10. ōrnant
11. digitus
12. pecūniōsus

Exercitium 3
1. nummum accipit ā Iūliō
2. Iūlius Aemiliae ānulum dat
3. fēminae ōrnāmenta accipiunt ā virīs
4. dominus servō mālum dat
5. Lȳdia rosam accipit ā Mēdō
6. dominus servīs nummōs dat

Exercitium 4
1. advenit, adveniunt
2. exit
3. adit
4. abit, abeunt
5. exeunt
6. adeunt, abeunt
7. inest, īnsunt
8. adsunt, absunt
9. adest, abest

Exercitium 5
1. num
2. nōnne
3. nōnne
4. nōnne
5. num
6. nōnne
7. num
8. num
9. nōnne

Exercitium 6
1. clāmat
2. illam
3. mōnstrat
4. quam, illa
5. ostendit
6. cōnstat, gemmātus
7. pretium, sēstertiī, octōgintā
8. tanta, convenit

Exercitium 8
1. aspice, aspicit
2. aspiciunt
3. aspicite
4. aspice, aspicit
5. accipe, accipit
6. accipite, accipiunt

Exercitium 9
1. quanta, nōnāgintā
2. satis
3. nimis, aut
4. mediō, quārtō
5. tantus, quantus
6. vīgintī

Exercitium 10
1. nummīs
2. sēstertiīs
3. sēstertiīs
4. quantō pretiō
5. sēstertiīs
6. sēstertiīs
7. magnō pretiō

Exercitium 12
1. quis, quī/quis, quī
2. cuius, cuius, eius
3. quem, quem, eum
4. cui, cui, eī
5. quō, quō, eō
6. quī, quī, iī
7. quōrum, quōrum, eōrum
8. quōs, quōs, eōs
9. quibus, quibus, iīs
10. quibus, quibus, iīs

Exercitium 13
1. quae, quae, ea
2. cuius, cuius, eius
3. quam, quam, eam
4. cui, cui, eī
5. quā, quā, eā
6. quae, quae, eae
7. quārum, quārum, eārum
8. quās, quās, eās
9. quibus, quibus, iīs
10. quibus, quibus, iīs

Exercitium 14
1. quid, quod, quod, id
2. quid, quod, quod, id
3. cuius, cuius, eius
4. cui, cui, eī
5. quō, quō, eō
6. quae, quae, ea
7. quae, quae, ea
8. quōrum, quōrum, eōrum
9. quibus, quibus, iīs
10. quibus, quibus, iīs

Exercitium 15
1. hic, ille
2. hunc, illum
3. hic, hōc, ille, illō
4. huius, illīus
5. hōc, illō
6. huic, illī
7. haec, illa
8. hanc, illam
9. hāc, illā
10. huius, illīus
11. huic, illī
12. hoc, illud
13. huius, illīus
14. hōc, illō
15. illa, illōs, illās, illī, illae
16. haec, hōs, hās, hī, hae
17. hōrum, hārum
18. hīs, illīs

CAPITVLVM IX

Exercitium 1
1. cane, ovibus
2. canem, ovēs
3. canis, ovium
4. canī, ovibus
5. canis, ovēs, pāstōre
6. pāstōris
7. pāstōrī
8. pāstōrem, pāstōrēs
9. pāstōrum
10. pāstōribus
11. pāstōrēs
12. pāstōribus

Exercitium 2
1. campō, cane, ovibus
2. nigra, albae
3. pāstor, cibum
4. herba, edunt, bibunt, rīvō
5. pānis, ēst
6. montēs, vallēs
7. collis, arbor
8. silvā
9. lupī
10. sōl, caelō

11. suprā
12. terrā
13. lūcet, nūbēs
14. sub, umbra
15. petit
16. dūcit
17. iacent

Exercitium 4

1. bonus
2. bonum
3. bonī
4. bonō
5. bonō
6. bonī, suīs
7. multōs
8. multōrum
9. suīs
10. suīs
11. multae, albae, ūna, nigra
12. multās, albās, ūnam, nigram
13. albārum, nigrae
14. albīs, nigrae
15. multīs, albīs, ūnā, nigrā

Exercitium 5

1. nūbēs
2. nūlla nūbēs
3. nūllam
4. collis parvus, magnā arbore
5. collis, parvus
6. magnī montēs
7. parvō colle, ūna
8. multae arborēs
9. ovēs suās, parvum collem
10. fessus, ovibus suīs, magnae arboris
11. pāstōrī fessō, ovibus fessīs

Exercitium 6

1. dominum suum relinquit
2. ā dominīs suīs nōn abeunt
3. tabernam relinquunt
4. Aemiliam et puerōs relinquit
5. ā pāstōre suō abit
6. pāstōrem nōn relinquit
7. ab ovibus albīs abit
8. ovem et canem relinquit

Exercitium 7

1. dum
2. lātrat
3. relinquit
4. errat
5. vestīgia, ipse
6. quaerit
7. reperit
8. ululat, bālat
9. dum
10. ut
11. dentēs
12. accurrit, ~~petit~~ timōre
13. clāmōrem
14. impōnit

Exercitium 9

1. *-a* *-ae*
2. *-am* *-ās*
3. *-ae* *-ārum*
4. *-ae* *-īs*
5. *-ā* *-īs*
6. nōm.
7. abl.
8. gen., dat., nōm.
9. acc. sing.
10. gen. plūr.
11. acc. plūr.
12. dat., abl. plūr.

Exercitium 10

1. *-us* *-ī* *-um* *-a*
2. *-um* *-ōs* *-um* *-a*
3. *-ī* *-ōrum* *-ī* *-ōrum*
4. *-ō* *-īs* *-ō* *-īs*
5. *-ō* *-īs* *-ō* *-īs*
6. *-e*
7. voc.
8. gen., nōm.
9. dat., abl.
10. dat., abl.
11. gen. plūr.
12. acc. plūr.
13. acc. sing.
14. nōm. sing.
15. nōm., acc.
16. gen.
17. nōm., acc. sing.

Exercitium 11

1. - *-ēs* *-is* *-ēs*
2. *-em* *-ēs* *-em* *-ēs*
3. *-is* *-um* *-is* *-ium*
4. *-ī* *-ibus* *-ī* *-ibus*
5. *-e* *-ibus* *-e* *-ibus*
6. nōm.
7. abl. sing.
8. acc. sing.
9. nōm., acc.
10. dat. sing.
11. dat., abl.
12. gen. sing.
13. nōm., gen.
14. gen. plūr.

CAPITVLVM X

Exercitium 1

1. bēstiae
2. hominēs
3. fera, leō
4. ferae
5. piscēs, natant
6. avēs, volant
7. aquila, capit
